

www.e-rara.ch

Iohannis Cluveri Historiarum totius mundi epitome

Clüver, Johannes

Vratislaviae, anno 1673

Zentralbibliothek Zürich

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-26421>

Liber VII. A reparate Iudaeorum republica et urbe, usque ad regnum Messiae, periodus annorum CCCCXC.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

intestinis vexabatur dissidiis, Tribu-
nis plebis patricos novis rogationi-
bus, mox utrosque Appio Hordonio
infestante, qui armatis clientū 4000
capitolium infederat. Inde gravi
cum cade tandem dejectus est, Vale-
rio Cos. in praelio occumbente, qui
plebi perferendarum de communi
jure legum spem ingentem fecerat.

Nehem. 5. 15
Esr. 9.
Judæorum tunc resp. ab Optimati-
bus regebatur, suberatque imperio
Persico, vestigialibus tributisque vari-
is obnoxia. Nam Zorobabele de-
functo, Præsides eam exhauriebant,
& sacerdotes ac primores populi, pā-
triarum legum incuriosi, cum pro-
fanis gentibus commixti, mores ear-
um ac linguam imitari cœperant,
At incunte septimo anno Artaxerxi,

nova lux populo Hebræorum afful-
sit, toraque policia eorum pristam
integritatem recuperavit, prout jam
sequenti libro dicitur. Nam huic
finem in tribulationis Judaicæ sine
constituere placuit, ubi hoc saltem
admonuero, viguisse hoc tempore
historiarum conditores Herodotum, Euseb. in
Halicarnassæum & Hellanicum, *Phil. Chron. Di-*
losophos, Democritum & Anaxago-
ram, item Protagoram, quod de diis *ogen. Lært-*
dubitasset, ab Atheniensibus dām- *l. 7. Plinius.*
natum: Vignisse & Pœtas, Char- *l. 34. cap. 8.*
ilum, & Phrynicum, Sophoclem &
Eurypidem Tragicos, Platonem &
Cratinum Comicos. *Pictores quo-*
que Zeuxin, Timantem, Parrhasium
Polycleum & Phidiam *statuarios.*

LIBER VII.

A Reparata Judæorum Republica & urbe, usque ad re-
gnum Mæxiæ, Periodus annorum

C C C X C.

A. M. 3514.
Christian.
seculum
scribarū;
Philoso-
phorum
Gentibus.

Postquam septimum imperii
inivit annum Artaxerxes, Lon-
gimanus à dexteræ promitten-
tia appellatus, ablegavit in Ju-
dæam Esram sacerdotem, rei

Plutar. in divinx peritissimum, scribarum &
Artax. legisperitorum magistrum, quem
Esr. 1. diplomatibus instruxit, quibus He-
Jos. l. 1. c. 5. bræis omnibus facultas in patriam
revertendi dabatur, suisque utendi
legibus. Et quod præcipuum libertatis
fundamentum, potestas fiebat Es-
ræ Hebræos judices præficiendi po-
pularibus, totamque Judæorum Rem-
publicam ex divinarum præscripto
legum instaurandi. Mandatis munifi-
centiam adjunxit Artaxerxes plane
regiam, donato Sacerdote sexcentis
& L. talentis argenti, c. auri, vasis
que insuper aureis & argenteis, jus-
sitque Præsides provinciarum cona-

tus ejus adjuvare omnibus opibus &
copiis. Eam felicitatem Daniel antea
ab Angelo cognoverat, atque ex hoc
tempore usque ad restitutionem mun-
di, per Christum procurandam, 490.
annos desinierat.

Esra legationem decimo quarto
post anno excepit *Nehemias*, Pincer-
na Artaxerxis, qui præfecturam Ju-
dææ consecutus est, & potestatem
muniendi Jerosolymam; à qua re-
Persarum Reges hætenus abhorruerant,
priscam Judæorum potentiam
ac Jerosolymæ rebellionem animis
reputantes. At Nehemias, exemplar
principum, tanta pietate & vigilan-
tia republ. Judæorum erexit, tanta
celeritate, animique magnitudine,
urbis muros absolvit, ut novus pa-
trix & Jerosolymæ conditor appel-
lari mereatur.

Nebem. 12.
Mal. 1. 2.

Ei fidus aderat collega Malacchias, prophetarum Hebræorum ultimus, qui sacerdotes & populum ad prisca Dei statuta reformavit, Christumque ipsum, & ei præmittendum legatum expectare præcepit. Tunc eonditum *Synedrium*, cui præsiderent è stirpe Davidis Judices, & posteri Aaronis summi sacerdotes, memores legis Mosis & oraculorum, quæ divini vates scriptis consignaverant. Qui status Reipubl. manfit, donec summus legislator cælo descendens, æternum terris lumen intulit.

Nebem. 10.
Mal. 4.
Deut. 17.

Dum ita civitas Dei instauratur, & Ariaxerxes mansuetudine ac munificencia summa regit Asiam, gentium Europæarum Respublicæ magnis concussæ motibus, inter malos mores, vix bonas leges repererunt.

Romanis pervicacissimi & cotidiani ferè hostes *Æqui* & *Volsci* erant, Tribunis interim jugibus litigiis æquiores plebi leges exposcentibus.

Florus. l. 1.
cap. 11.

Et *Volscos* quidem cum alii duces tum præcipuè *L. Quintius Cincinnatus* domuit, Dictator ab aratro, qui obsessa, ac pene jam capta *Minucii Coss.* castra, egregia virtute servavit, victosque hostes more pecudum sub jugum misit. Expeditione intra xv. dies finita, rediit ad boves rursus,

Dionys. l. 10.
Lisius. l. 3.
Diod. l. 12.

triumphalis agricola. At *Tribuni* quottannis fatigato senatu & consulibus urgente bello impetrant, ut decem *Tribuni* fiant annui, ut plebs *Aventinum* collem sibi habeat, ut singulis magistratibus fas sit suæ potestatis violatores multare, id quod solis *Coss.* licuerat. Tandem anno urbis trecentesimo, olympiade *LXXXII.* perficiunt, ut legati *Athenas* eant, æquissimas *Solonis* leges descripturi. Mittuntur *P. Posthumius. S. Sulpitius, A. Manlius*, exhauriente interim peste civitatem, quam nulli Romano

A. M. 3519.
V. C. 300.
Orosius. l. 2.
cap. 13.

rum *Dii* quomòdocusque culti præpulsare poterant. Reversi post biennium, in decem virorum adificuntur collegium, qui antiquatis Romæ omnibus magistratibus, principes Reip. constituendæ, sine provocatione facti sunt. Hi *duodecim tabulas* confecere, fontem publici privateque juris, & cum primo anno bene egissent, secundo corruerunt Rem publicam. Tertio protracta sine auctoritate senatus & populi potestate, omnium à se bonorum animos alienarunt. Nec patribus consilium, nec plebi libertas erat reliqua, melior senatus pars urbe excedebat, quidam factioni resistentes, inter quos *L. Siccius Dentatus*, vir fortissimus, decemvirum scelere interibant. Tandem princeps eorum *Appius Claudius*, a more amens *Virginia*, virginis pulcherrimæ, ut ea poticeretur, clientem subornavit, qui puellam ex ancilla sua natam confirmando, amatore judice in servitutem eam abriperet. Sed accitus è castris puella pater *Virginus* ira furens, raptò è lanii officina, culpro, in filia eum viscera adigit, morte amitti melius ratus, quàm contumelia liberos. Cruentus sanguine filia ad milites, cum *Volscis* Sabinisque bellantes, procurrat, motoque tumultu eos in urbem trahit. Hi convulsis signis *Aventinum* insidunt, creatisque ducibus in sacrum secidunt montem, decemviros magistratum ejurare, senatum tribunos plebis restituere cogunt. Sic ob libidinem decem viralis tyrannis extincta ob quam etiam regia fuerat, redactum ad *Coss.* imperium. Creati post decemviratum primi *L. Valerius, M. Horatius*, plebi gratissimi, cum ob majores popularitate claros, tum quod tollendo decem viratui promptissimam operam tulissent. Hi leges promulgarunt; ut populum senatumque obligaret, quod plebs tribu-

Flor. l. c. 24

tim scisceret. Unde Tribunitiis rogationibus acerrimum telum datum. Item, ne quis magistratus sine provocatione heret. Mox accusati *Appius & Oppius* decemviri, & in carcerem deducti, iudicium morte præveniunt, reliqui antequam ad plebem deferrentur, exilio solum vertente, bona eorum publicata sunt. *Coff. domitis* bello *Volscis & Sabinis*, ob plebis studia maligniorem experti senatum, solius plebis jussu triumpharunt.

Dion. l. 11.

Livius l. 4.

Procedente deinde Republica, non contenta libertatis incremento plebs, honores sibi cum patribus æquari postulat, extractoque litigiis tempore pervincit tandem, ut miscerentur patriciorum & plebis connubia, atque ut *Tribuni militares, consulari imperio*, ex patriciis & plebe promiscuè fiant. Facti anno urbis cccx. (dum *Herodotus* apud *Thurios* historiam edit) *A. Sempronius, L. Attilius, T. Clælius*, omnes patricii, singulari documento levitatis vulgi, cito in alteram recidentis partem, summaque coarctatione ambitum honorem nec usurpare quidem audentis.

Plinius l. 12

cap. 4.

Dum hæc agunt Romani, primoque describenda civitati censors creant, è nimia libertate pene in servitutem resolvuntur *Sp. Melius* infidus. Is arctissima annona coemptum frumentum plebi dividit allestisque civibus, infatiabili honorum animo regnum agitat. Ei opprimendo *Dictator* creatus *Quintinus Cincinnatus*, senex octogenarius, citatum, nec comparentem, sed plebis implorantem auxilia, per *Cajum Servilium* Equitum magistrum obruncat, bona publicat, domum diruit. Id solum *Æquimelium* appellatum est.

A. M. 353.

Liv. l. 4.

Demto hoc periculo, *Fidenates*, adjunctis sibi *Vejentibus*, grande bellum excitant; cruentas Romanis victorias faciunt. Ibi spolia de *Larte*,

Volunoio Vejentium rege, quem *A. Cornelius Cossus* occiderat, ad *Jovem Feretrium* reportata. Denique non scalis, non irruptione, non fame, sed cuniculo peractum urbis excidium, *Dictatore Q. Servilio*. *Vejentes*, implorato *Herruria* auxilio, jussi sunt bellum suo consilio ininitum suis viribus exsequi. Romanis pestilentia aliarum rerum otium præbuit.

Dum hæc Romæ fiunt, interea

Græcia omnis, ducibus *Lacedæmoniis & Atheniensibus*, in duas divisa partes, ab externis bellis velut in sua viscera convertitur. Occasio à *Messenis* fuit, afflicta terra motu *Spartam* infestantibus. In eos, *Ithomæ* tunc tenentes, *Lacedæmonii Athenienses* etiam socios adhibuerant. Sed proracta obsidione, metuentes eorum audaciam, supervacaneos esse simulando, à bello domum dimiserant. Hanc rati injuriam *Athenienses* argentum, quod in stipendium Persici belli ab universa *Græcia* in *Delo* deponeretur, *Athenas* transferunt, & *Pericli* ejus administrationem committunt. *Lacedæmonii* contra *Peloponnesios* in *Athenienses* incitant, quibuscum vario Marte est dimicatum. Imprimis vero cum *Thebanis* paciscuntur, ut *Bæotiorum* imperium, *Persica* societate amissum, recipiant, bellumque adversus *Athenienses* pro *Lacedæmonii* sustineant. Eos aggressus *Myronides*, alacerrimos *Atheniensium* ducens, secundis præliis vincit, demtisque *Thebis*, *Bæotiam* omnem, & *Locros ac Phocenses* subigit. Ejus successor *Tolmides* *Messenios* à *Lacedæmonii* dimissos, *Naupacti* collocat, *Zephaleniamque* insulam expugnat. Mox etiam *Pericles* *Acaraniam* infestat bello. Igitur *Cimon* ostracismo damnatus antea, ut revocatus *Athenas* est, pacem condidit inter suos cives & *Lacedæmonios*

Thucyd. l. 1.

Diod. l. 11.

Just. l. 3.

Diod.

Just.

Plut. & Ne-

pos in Ci-

mon. Thu-

cyd. l. 1.

quin-

Artaxerxes Longimanus.

30
 quinquennalem. Post neque ita multo, in Cyprum cum ducentis navibus missus, quum ejus majorem partem insulæ devicisset, ac Salaminem obsidione premeret, missis etiam ad Amyrræum, paludum Ægypti regem, LX. navibus, Artaxerxem perpulit, ut pacis causa Græcis per Asiam universis libertatem concederet, satrapis que suis interdiceret maris Jonii navigatione. Ita jurarunt Athenienses, se in provincias ejus arma non expedituros. At Cimon morbo implicitus Citii decessit, vir vitæ securus suæ, morte acerba aliis, de quibus optime meritis fuerat. Exinde finitibus induciis, Lacones templum Delphicum, Phocensibus ereptum, vindicant Delphis, Athenienses contra Phocensibus illud restituere nituntur. Megarenses vero à fide Attica deficientes, adscito Laconum exercitu, populantur Atticam, prædaque abacta recedunt. Tolmides Charoneæ expugnator, insidiis Bæotorum cum ingenti Atheniensium multitudine occiditur, cogunturque Athenienses, pro captivis redimendis, præstidia ex oppidis deducere. At Eubœam deficientem Pericles, capta Isthia, ad obedientiam redegit. Hinc malis fracti, in annos triginta pacem incunt Græci, eaque tempestate totus orbis quietem habuisse scribitur.

Diod. l. 12.

Diod. l. 12.

Thucyd. l. 1.

Sexto autem anno bellum inter Samios & Milesios pro Priene est excitatum, in quo armis inferiores Milesii implorarunt opem Atticam, Samii ad Pissuthnem Sardibus præfectum confugere. Ea expeditione Pericles præfuit copiis Atticis, primusque machinas bellicas, quas Arietes & Testudines vocant, adornavit, Artemonis maxime Lacedæmonii adjuncto ingenio. Mox etiam Thucydides Athenis missus adfuit, XL. navibus instructus. Sic, devicta Semus, diru-

tis mœnibus, Athenis coacta tributum solvere.

Post hæc bellum *Corinthiacum* exarsit, majoris initium mali.

Epidamnii Adriatici maris accola, ab exulibus suis & Illyriis bello vexati, Corcyæorum openi postulaverant, & ab illis spreto, Corinthiorum. Corinthii faciunt, quod noluerant Corcyæi. Ea æmulatio bellum inter illos accendit. Corcyæi jure potius quam armis experiendum, Corinthii re non amplius integra, colonis se suis juste opitulari afferunt. Ergo infesta utriusque classe concurritur, Corcyæi vincunt: capiunt Epidamnium. Sequenti anno reparato prælio, Athenienses associantur Corcyæis, dubiaque acie disceditur. Hac clade irritati Corinthii, Potidæam in Pallenes Isthmo sitam, suam quidem coloniam, at Atheniensibus vestigalem, ad defectionem sollicitant. Perdiccas quoque Macedonum Rex, insensus Atheniensibus, quod fratres ejus Philippum & Dardam armis adjuvissent, Chalcidenses & Bottiæos in partes trahit, & destructis urbibus, Olynthum persuadet migrare, agris de suo donatis. Hanc belli molem feliciter Athenienses propulsant, Corinthiorum subsidiarias profligant copias, & Potidæam profugientes arcta obsidione claudunt, Corinthios ad circumspicienda auxilia adigunt.

Igitur invisa multis Græciæ civitatibus Atheniensium potentia, qui *Thucyd. l. 1. Jus. l. 3.* Aginetas navibus multassent, Megarenses urbe & portu suo prohibuissent, sociis durius imperarent, Corinthiorum exercitum obsiderent, Sthenelaidis Ephorus rupta ab illis fœdera, belloque persequendos decernit, Archidamo Spartanorum rege mitiora nequicquam civibus suadente.

Ita suscipitur bellum, quod *Peloponnesiacum* appellatum, & viginti septem *A.M. 3541. Olymp. 87.*

anno se-
cundo.

tem annis communi cum Græcorum
pernicie gestum est, L. ferme annis
postquam Xerxen communibus ar-
mis discedere à Græcia cœgissent.

Diod. Sicul.
l. 12.

Ac initio quidem componi dissi-
dia facile potuerant; nî utrinque
ambitiosi consultores nihil paribus
concedendum differuissent. Inter
eos fuit *Pericles*, qui ne rationes æra-
rii malè administrati redderet, patri-
am maluit bello objectare, quam
domi paupertatem colere. Is, juben-
tibus Spartanis, Megareses ad com-
munionem fori & portus Attici re-
cipere, sic bellum nullum fore, re-
spondendum suadet: Id tum demum
Athenienses facturos, si similiter La-
cedæmonii peregrinis suæ civitatis
usum permittant. Interim nihil illis
in pates jurisdictionis cōpetere, nec
re minima, quæ quidem imperetur,
Athenienses Spartanis obedituros.
Ita flagrantibus dissidiis multi Græ-
corum populi implicantur. Cum

Thucyd. l. 2.

Lacedæmoniiis faciebat tota Pelo-
ponnesus, præter Argivos & Achæ-
os: Extra Peloponnesum Megaren-
ses, Locri, Bœoti, Phocenses, Am-
braciota, Leucadii, Anaclorii. Cum
Athenienses Chii, Lesbii, Plata-
enses, Messenii, Acarnanes, Corcy-
ræi, Zacynthii, Cares maritimi, Do-
rienses, Jones, Hellepontus, Am-
phipolis Thraciæ, insulæ Cyclades,
exceptis Melo & Thera. Initium
malorum à Thebanis fuit, quos in-
tra mœnia receptos Plataensia, cives,
cum se proditos intelligerent, ani-
mosa audacia trucidarunt. Inde Ar-
chidamius in Atticos irrumpens a-
gros, late eos populatur, hostes ad
pugnam provocat. Sed Athenienses à
Pericle moniti, supervacua cense-
bant pugnam, cum ulcisci injuriam
sine periculo possent.

Itaque vicissim classe excurrunt,
in Laconiam, & ex hostili agro plura
quam amiserant, auferunt. *Pericles*

agros suos, quibus ad suspicionem ei
prodicionis acquirendam, Spartani
pepererant, dono dedit Reip. & pro
infamia ab hostibus intenta gloriam
sibi peperit apud cives. Mox etiam
Sitalces Thracum, & Perdiccas Ma-
cedonum reges adiungunt se Athe-
niensibus, & Eginetæ insula expulsi,
Spartam profugiunt, majoresque A-
theniensium vires videntur, quam ut
iis pares esse Peloponnesii possint.
Tum vero subito horribilis & conta-
giosus morbus plerasque jam Africæ
atque Asiæ regiones pervagatus, At-
tica urbi incubuit, quo infestati cives
militesque confertim interibant, nec
erat Deorum Græcorum quisquam,
qui mederi posset malo, adeoque nec
hominum, qui imbecilles Deos ve-
nerari amplius vellet. Ea numinis
indignatione perculsi Athenienses,
culpam moti belli in Pericle con-
jiciunt, seque elaboratis orationibus
defendentem multant pecunia, mul-
tatum, solita vulgi levitate, iterum
rei summæ præficiunt.

Justin. l. 3.
Thucy. l. 12.

A. M. 3542.

Erat enim *Pericles* prudentia ani-
mique magnitudine facile civitatis
suæ princeps, qui Athenienses bel-
lum fortiter cauteque doceret prop-
ulsare, viriumque distractionem,
atque omnia plena periculi aua, nisi
certam fere & exploratam ducerent,
utilitatem, damnaret. Verum is ter-
tio belli anno obiit. Interim Poti-
dæata, dira fame subacti, se suaq; de-
dunt Atheniensibus. Legati Pelopon-
nesiorum, quos ad Artaxerxen inter-
dierant, apud Hellepontum inter-
cepti, Athenis interficiuntur. Sital-
ces Thracum rex, centum quinquag-
inta hominum millia in Macedo-
niam trahit, vastatoque Perdicæ re-
gno, quem violatæ fidei infimulabat,
cum Macedones intra munitiones se-
tenerent, nec copiam facerent pralii,
commeatu laborans retro refert pe-
dem. Interjectis diebus, Peloponne-
Diod. l. 12.

si navalibus præliis à Phormione Atheniensium duce superati, Salaminem clam adoriuntur, ut Athenis metum injiciant: sed concursu, civium territi, ipsi refugiunt Megaram. Agebatur tunc Olympias 88.

Thucyd. l. 3.

Justin. l. 3.

Diod. l. 4.

Paulo post *Plataenses*, à Lacedæmoniis ad omnium rerum penuriam redacti, partim erumpentes nocturno stragemate effugiunt, partim se fidei permittentes obsidentium, suppliciiis pereunt indignis. *Platæa* fundit excinditur. Idem pene evenisset *Lesbiis*, quibus Lacedæmonii, ad quos defecerant, seram opem ferebant. *Faches* enim, Atheniensium præfectus, celeritate Spartanos præveniens, potestatis eos suæ fecit, ac de sententia populi Attici, defectionis autores, mille viros circiter, affecit suppliciiis, cum *Cleon* præcipitis vir ingenii, *Mytilenæos* omnes censeret trucidandos. Gravior clades *Corcyraorū* primores abstulit. Cum enim oborta inter illos & plebem seditione armis inferiores essent *Optimates*, imploratam *Peloponnesiorum* opem Atheniensium classis subverisset; à plebe nullum crudelitatis genus intermissum est, omnesque qui in re lautiori essent, sædissimis exemplis sunt precepti. Idem malum alias Græcorum civitates corripuit, optimatibus ad Lacedæmonios, quod Aristocratico regerentur imperio, plebe ad Athenienses subinde respectante, quod populari faverent regimini, utrisque suæ utilitati potius ac libidini, per paucis Reip. consulentibus, ac belli occasione deterrimum quemque ad maxima facinora stimulantem.

Quinto belli anno Sicilienses turbis iisdem sunt implicati, *Leontinis*, quos *Syracusani* vexabant, *Rheginos* & Athenienses, *Syracusanis* contra *Locros* Italiae, & *Liparæos* sibi adjungentibus, qui variis inter se

Thucyd. l. 3.

cædibus favire studio invicem habebant.

Alius Atheniensium dux *Demo-* *Thucyd. l. 4.*
sthenes, cum *Aetolos* infeliciter invasisset, *Ambraciotas* cum *Peloponnesiis*, dum *Argis* insidiantur, pene ad internecionem cædit: & anno sequenti *classarios* ad *Pylum* in *Laconica* muniendam inducit; eique recuperanda adnavigantes *Peloponnesios* grandi afficit clade. Ita *Lacones* quotannis in *Atticam* irrumperere solitos, ad sua defendenda cogit. *Spartani* ergo, cum in *Sphacteriam* insulam insidiatorum deduxissent, *Demosthenes* eos circum eundo navibus custodivit, & fractos malis adegit inducias petere. *lis* vero Athenienses importuno *Cleonis* consilio seducti, atrocius respondent. *Cleon*, audacius quam prudentius, clausos *Sphacteria* Spartanos vi aggressus, partim occidit, partim vivos *Athenas* mittit, eodem anno, quo *Artaxerxes* à Lacedæmoniis non semel *Diod. l. 12.*
imploratus, priusquam *Græcis* dissidentibus regias opes miseret, è vita emigravit. Is erat annus *Peloponnesiaci* belli septimus, regni ipsius quadragesimus, *Olympiadis* 89. primus.

Ejus imperium insigni in Dei populum munificentia & pietate, *virisque divinarum literarum peritissimis* claruit, quales erant *Esra*, *Nehemias*, *Eliasibus* sacerdos, *Malachias* propheta, *Hannanias* præfectus urbis, & *Nehem. 7. 2.*
vir *Synagogæ magnæ*, qui erant *Jerusalemis*.

Apud gentes eluxere *Philosophi*, *Laertius.*
Democritus, *Abderites*, *Empedocles*, *Suidas.*
Pythagoræus, *Zeno* & *Farmenides*.
Hippocrates Medicus, *Gorgias* *Leontinus* Rhetor. Et cunctis clarior *Socrus*. *Eusebius in*
Chron. Di-
sophorum schola defluxit. *Aristophanes* quoque facetissimus, si non etiam spurcissimus *comœdiarum* au-

tor, Athenis lufit. *Meton* Aftronomus
Bneadecaeteridem indicandis lu-
minarium revolutionibus condidit.

DARIUS NOTHUS.

A. M. 3548.
Hebdoma-
de V. fini-
ente. O-
lymp. 89.
Juf. Dio-
dorus Sicul.
l. 12. Plut.
in Artaxer-
xe, Pausa-
nias. El. 2.
Ctesias
Guido l. 28.

Ceterum Artaxerxi Longimano complures filii fuere, xvii è pellicibus, unus è Damafpia regina fufceptus, Xerxes nomine. Eum crapulam edormientem aggreffus Secundianus (Paufanias Ifogæum vocat) ex Alogune pellice natus, una cum matre Damafpia interfecit, quadragefimo poft Artaxerxis obitum die. Sed & ipfi patricidio quaefitum imperium paucos dies tetit. Perofus enim scelera ejus exercitus, Ochum fratrem è Bactrianis advocat. Eum Artaxerxes è Cosmartidene genuerat Babylonia, & filia Xerxis Parifartidos fororis fuæ, maritum fecerat. Igitur *Notum* dixere Græci, quod effer è pellice, uftata regum libidine procreatus. Hic fuis copiis principumque auxiliis fultus ad regnum producit, aliena magis voluntate quam fua.

Secundianum promiffionibus illuctum ad fe perducitur, perductum in cineres dejici. Perficem id genus fupplicii erat. Ita exftinctus eft, cum menses VI, imperaffet, dies XV. Regno potitus *Ochus*, regium Darii nomen affumit, & opes principum amore firmat. Judæam & Jerofolyam, præfidente Nehemia, egregiis incrementis provexit, ringentibus licet Sannaballetæ Samariæ & Tobia Ammonitarum præfectis.

Nob. 12, 22. *Sub eo ferie generationum, & familiarum propagationes, facris tabulis mandarunt Judæi, quæ divi is promiffionibus ufque ad Christum testimonio & documento forent. Cum que nepos Elias fibi, filius Jojadæ Pontificis, matrimonio fibi copulaffet extraneam, Sannaballetis cognatam*

facerdotio eum Nehemias dejecit, ne profanaretur facrum altari Aaronis genus, deditque fedulo operam, *Nob. 13, 28;* ut ne gentium contagio fe fe pollueret Dei populus.

Interim vero Græci atrocius fe invicem interftino bello consumebant. Athenienfes fuffeffu elatiores Cythera, infulam Laconicæ finitimam, deditione occupant, Aeginetas è Thyrea, ubi eos Lacedæmonii collocarant, abductos Athenas transferunt, duces fuos Pythodorum & Sophoclem, quod Siciliæ pacem non interpellaffent, in exilium ejiciunt. *Thucyd. l. 4*

Contra Lacedæmonii, Brafida duce, multas in Thracia urbes ab Athenienfibus pellicunt ad fe atque ut domi res tutiores effent, duo fervorum millia, quorum fpectata virtus, & ob id fuffepta fervitus erat, crudeli confilio, fed occulto, enecant. Inde tamen Athenienfes clade aliqua à Thebanis affecti, & amiffa Amphipoli perturbatiores, annuus cum Spartanis inducias faciunt. Iis duranti- bus, Brafidæ Perdiccæ regi auxilia adducens, ut ab eo fe fraudulenter habitum, objectumque Illyriis videt, iram vertit in Macedonas, eorumque agros vaffat. Quamobrem orto inter ipfum & Perdiccam odio, Athenienfibus accedit Perdiccas, qui tunc Torone recuperata, Scionæos o fidebant: quibus captis poftea occifisque ereptam iis urbem Platæenfibus affignarunt. Mox ad Amphipolim recipiendam profectus *Cleon*, dicacior miles quam fortior, cum imperitè adverfus Brafidam prudentiffimum ducem dimicaret, in fuga cecidit, fexcentis Athenienfium amiffis; Brafidas quoque, accepto vulnere, paulo poft deceffit, tanti factus ab Amphipolitibus, ut ei tanquam urbis conditori præftarent honores, qui Agnoni Athenienfi, coloniæ iftius deductori, debebantur, fidamque deinceps cum

Spartanis societatem colerent. Tum vero *Pliftoanax* Rex Spartanorum, & *Nicias* dux Atheniensium, decennalium jam cladum pertasi, utramque Rempubl. ad compositionem trahunt, *Lacedæmonii* etiam *Argivos* metuentibus, qui expirantibus, quas diu servaverant, induciis, se juncturi Atheniensibus videbantur. Fit ergo pax in annos L. sed quæ male fida perparum à bello abfuit. Nam cum Spartani Amphipolin non redderent, & *Panaetum* *Bœoti* everterent, quod integrum fuerat tradendum Atheniensibus, Athenienses quoque *Pylum* sibi retinent, admittente interim *Alcibiade*, juvene callido & ambitioso, ut *Lacedæmonios* inconstantia ruptique fœderis convinceret. Et dolo id effecit, cum alia non posset via. Itaque Athenienses *Argivis*, *Lacones* *Epidauriis* ferunt supplicias, quasi minus perjurii contraherent, si ferentes sociis auxilia potius quam aperto bello dimicaret. Ibi *Argivi*, dum *Tegeæ* infestant, gravi clade affecti à *Spartanis*, fœdus cum iis percutiunt, & rempubl. ad eorum placitum reformant. Quam mutationem indignè ferens populus, ductu *Alcibiadis* exturbat optimates, eisque etiam trucidatis, postea *Democratiam* pro lubitu restituit. Athenienses *Melum* insulam, servatis tantum, qui infra pubertatem erant incolis, reliquisque omnibus interfecit, sibi subdidere, missisque è sua civitate colonis, inhabitare eam ceperunt.

Decimo septimo belli anno, qui erat *Darii* decimus, suadente *Alcibiade*, multum resistente *Nicia*, *bel-*
Thucyd I. 6.
Plut. in Nicias.
Orosius
l. 2. c. 14.
 xilii, quibus *Syracusani* graves erant. Creantur duces *Nicias* & *Alcibiades* & *Lamachus*, tantisque viribus Sici-

lia aditur, ut ipsis terròri essent, in quorum auxilia mittebantur. Brevi post tempore revocato ad reatum *Alcibiade*, qui tyrannidis & violatorum sacrorum infimulabatur, duo praelia secunda *Nicias* & *Lamachus* faciunt, &munitionibus circumdatas *Syracusas*, com meatibus laborant intercludere. Quibus rebus fracti *Syracusani*, auxilium à *Lacedæmonii* petiverunt, ad quos *Alcibiades* metu iudicii profugerat, eosque ad bellum patriæ gnaviter inferendum, cruentis consiliis incitabat. Ergo mittitur in *Siciliam* *Gylippus*, *Corinthiis* quoque præ aliis adjuvandas *Syracusas* incumbentibus. *Gylippus* inclinato statu, opportuna bello loca occupat & principio victus, postea victor, hostes compellit in fugam, *Syracusanos* ab obsidione liberat. Sed cum Athenienses à bello terrestri in navale se transfulissent, *Gylippus* classem *Lacedæmone* cum auxiliis accerbit, Athenienses in locum amissis *Lamachi*, *Demosthenem* & *Eurymedonta* cum supplemento copiarum mittunt. *Peloponnesii* quoque, communi civitatum decreto, *Syracusanis* subveniunt, summisque ex utraque parte viribus dimicatur, à tota *Græcia*. Verum Athenienses, ut belli autores exstiterant, ita documentum dedere, ne quis non provocatus alteri malum creet. Nam primum pedestri certamine victi, & castra eorum cum omni publica privataque pecunia capta sunt. Cumque interim *Argivis* *Spartiatas* vastantibus se conjunxissent, *Lacedæmonii* manifeste ruptum fœdus vociferantes, in *Atticum* agrum irrumpunt, duce *Agide*, & *Deceleam*, propinquum urbi castellum, exstruunt. Huc ad viginti servorum millia *Athenis* profugere, nihilque tuti extra muros civitati mansit *Atticæ*. In *Sicilia* vero *Demosthenes*, clade etiam navali percul-

Thucyd. l. 2.

Justin. l. 4.
Diod. l. 13.

Thucyd. l. 7.
Plut. in Nicias.

perculus, *afflictas res haud in casum dandas*, neque in bello male auspicio perseverandum censuit: Nicias contra manere contendit, tandemque multa etiam ex deliquo lunari superstitione retentus, persuadedit Rempub. Revocati enim ad certaminis spem Athenienses, in scitia ducū, qui Syracusanos intra angustias maris facile se tuentes aggressi fuerant, magno ceduntur numero. Eurymedon dux in prima acie fortissime dimicans, primus cadit; triginta naves, quibus praefuerat, incenduntur. Demosthenes, & Nicias, & ipsi victi exercitum in terram exponunt, tutiorem fugam rati itinere pedestri. Ab his relictas centum triginta naves Gylippus invadit, ipsos deinde insequitur, infestis viis carpit, capit, moratur, caedit. Demosthenes lentus incedens circumvallatur ab hoste, inde proceditur ad Niciam.

Sic XL. hominum millia amissa tradit Thucydes, qui hoc bellum descripsit, & cum ob amissam suam tarditate Amphipolim Athenis pulsus esset, ob conditam deinde historiam patria redonatus est. Duces Articos dum servare vellent moderatiores aliqui, Syracusani contra virtutem Demosthenis, divitias veriti Niciæ, ambos occiderunt. Militum quicumque non occubuerat, aut a privatis occultatus fuerat, in lapicidinas datus est, & plus quam barbara crudelitate habitus: donec plerique venditione ab interitu vindicati, Siciliam mancipiis implevere. Atque hac clade omnium gravissima, Atheniensium opes conciderunt.

Just. l. 5. Tune enim, ut fit, quo se fortuna,
Thucyd. l. 8. eodem etiam favore inclinavit homi-
Diod. l. 13. num, certatim ab Atheniensibus socii
deficiunt, plerique tamen haud impune. Etenim Athenienses opibus quam animis minores, classem novam cupidissime adificiant, Lesbum

& Clazomenas recipiunt, Chios, qui inter primos defecerant, tribus praeliis navalibus superant. E Mileto vix excedunt, cum quidem Hermocrates Syracusanus, Dionysii postea Tyranni focer, ingentia Peloponnesis auxilia adduxisset, & Tissaphernes à Dario & Artaxerxe missus, suas quoque copias iisdem sociasset. Quis subacti Athenienses copiis in Samon se recipiunt. Amorges Pissuthae Persa genitus, qui Cares ad defectionem à Persis pellegerat, capta à Peloponnesis Jaso, ad Darium mittitur. Inde factio iterum praelio, & accepta utrinque clade, Rhodii deficiunt ab Atheniensibus, Lichas vero, dum nimium Dario in foedere attributum disputat, Tissaphernem offendit, quem porro Alcibiades ad Lacedaemoniorum praeventendam invidia, ab quibus exitium sibi strui, ex regina Lacedaemoniorum, Agidinu, & adulterio sibi cognita didicerat, ab illis alienandum sumit, vir animi varius, & morum vitia comitatus & eloquentia umbra obtegens. Itaque persuasit homini, haud nimis enixè juvandos opibus Lacedaemonios, ut dissentientibus Graecis Darius arbiter pacis & belli maneat, nec victis Atheniensibus cum victoribus dimicare cogatur. Grata oratio Tissapherni fuit. Itaque stipendia maligne praeberere, classem Phœnicum non mittere ne aut victoriam daret, aut necessitatem deponendi belli imponeret. Causatus est eam castigando Amyrtæo regi, qui Egyptios in defectionem impulerat, consulto derineri. Interea Alcibiades hanc operam vendicat civibus, pollicitam amicitiam Darii, si Resp. ab levi populo translata ad optimates foret. Sic permittente populo, adnitentibus Antiphone, Pisandro, Phrynico, Theramene, & aliis, imperium Atticum ad 400. proceres devolvitur,

eademque mutatio apud Samios, aliosque sociorum, multa cum dissentientium clade, urgetur. Ac cum delecti, infra genti superbia, crudeliter in plebem consulerent, ab exercitu apud Samum Alcibiades exul revocatur, eique classis imperium decernitur. Interim Lacedæmonii urbem seditione laborantem assultant, fortiterque repulsi, Eubœam bello aggrediuntur maritimo, & Athenienses tumultuariè erumpentes magna clade superant. Quo infortunio territi optimates, accedenribz etiam minis Alcibiadis, plerique ad Lacones transfugiunt, cæteri reddunt jura Populo, exercitumque una cum Alcibiade in urbem revocant. Interim *Thrasibulus & Thrasillus*, duces Atheniensium, Peloponnesios apud Hellepontū navali pugna vincunt, unde civitati fortunæ spes melioris cœpit refulgere, anno ferme post expulsum Hippiam centesimo, quem admodum videtur Thucydidi. Liberatis enim intestino malo Athenis Alcibiades summa cura instruxit classem, & casu advectus prælio, quod duces Atheniensium cum *Mindaro & Pharnabazo* committebant, victoriam peperit suis. Cumque id certamen paulo post instaurassent Lacedæmonii, subito totam Atheniensium classem in unum contraxit Alcibiades, occultataque multitudine, paucas naves in hostem ducit: Hinc simulata fuga, cum interim reditum sciret Lacedæmoniis à sociis interclusum, cunctis eos navibus insectatus, ad extensionem in terram faciendam adigit. Ibi exposito etiam suo milite, pedestri acie *Mindarum* fortissimè pugnantem occidit, *Pharnabazi* profligat copias, navesque, LXXX capit Quibus malis fracti Lacedæmonii, pacem pericere: quam ne acciperent, Cleophonis aliorumque opera effectam est, quibus turbatæ

res præbebant quæstum, stultissimo errore Atheniensium, honestam pacem incerto bello posthabentium.

Interea & Syracusanorum auxilia illatum à Carthaginensibus Sicilia bellum, domum revocavit. Etenim *Agestani* iterum à Selinuntis exigitati, cum nihil æqui obtinerent, sicut Athenienses antea, ita nunc Pœnos in Siciliam attraxerant. *Hanni-Diod. Sicul. l. 13.* *Amilcaris* olim à Gelone cæsus. *l. 13.* nepos, ingenti studio per Africam Ex *Ephoro* Hispaniamque omnem egerat dele- & *Timæo* ctus, ut cladem olim familiae suæ à *Xenophono* Siculis illatam, glorioso quodam facinore expiaret. Itaq; ultra centum hominum millia ducit in Siculos, *Selinuntem* continua novem dierum *A.M. 3563.* oppugnatione capit, incolas omnes miserabiliter jugulat, urbemque excindit; quam tamen postea ab amico exoratus, paucis quibusdam exulibus iterum concessit habitandam, sub tributo pendendo Carthaginensibus. Eadem fors *Himera* fuit, nisi quod ejus expugnatio plurimo sterit sanguine Pœnis.

Ob hoc ergo bellum Syracusani classem à Lacedæmoniiis reperunt, cujus ducem Hermocratem, instigante *Diocle* legislatore, exilio multaverant, eaque erga civem egregium ingratitudine, digresso jam *Hannibale*, intestinum conflaverunt *Just. l. 5.* bellum Siciliae. Destitutis autem hoc *Dion. l. 13.* auxilio Lacedæmoniis interim *Alci* *Plut. in Alcibiade* cum classe victrici *Aliam* vastavit. *Xenophon.* stat, multis locis facit prælia, ubique *Hist. Græc.* propemodum victor, *Chalcedonem*, *Byzantium*, aliasque civitates cepit Atheniensibus, multas hostium naves, prædam ingentem capit.

Celebrabatur tunc Olympias nonagesima tertia, & Darius Medos qui defecerant, ad imperata facienda redigebat. Campani Cumas, urbem à Græcis habitatam, occupaverant,

Romani

Thucyd. l. 8.
in fine hist.

Diod. l. 13.
Xenophon
Hellen. l. 1.

A.M. 3562.

Romani cum Vejentibus, Volscis, Æquisque interdum ambigè, sæpius feliciter præliati domi Tribunitiis actionibus perturbati subinde fuerant. Equorum velut anniversariis armis assueverat civitas. Eo verò anno, quò Olympias hæc acta est, M. Papyrius, & Sp. Nautius ab Æquis fugabantur: At P. Servilius, Dictator à filio dictus, filium creavit magistrum equitum, Æquos castris exiit, Lavicum oppidum cepit & diripuit: Idq; senatui placuit missis ex urbe colonis MD. frequentari.

A. M. 356.

Athenis vero Alcibiades festa civitatis gratulatione, immoderatisque honoribus exceptus, universæ classi præficitur. Ei opponunt Lacedæmonii Lyfandrum, & in locum Tissaphernis, Darius rex Persarum, filium suum Cyrum Joniæ Lydiæque præficit: à quo Lacedæmonii auxiliis opibusque ad spem fortunæ prioris iterum sunt erecti. Aucti igitur viribus, dum Alcibiades, assumpta parte classis, agros Clazomeniis & Cumæos longa pace divites, securus populatur, Antiochum ejus legatum apud Notium vincunt, XXII. navibus spoliant, ipsumque mox imperatorem repentino adventu opprimunt, tanta palantium cæde, ut plus vulneris Athenienses acciperent eo prælio, quam superioribus dederant. Tantaque in Alcibiadem suborta est indignatio, ut ex continenti ei Cononem cum decem collegis successorem mitterent, arbitantes victos se non fortuna belli, sed fraude imperatoris, in quo vigor ingenii & morum luxuria omnia credibilia faciebant. Veritus igitur multitudinis impetum Alcibiades, iterum exul voluntarius, in Thracia tria castella communivit, ibique se Barbarorum præda aluit. Interim Agis, nudatis militum robore Athenis ad tringinta hominum milliâ circumfudit, sed fru-

stra. Cives enim masculè adhuc patriam tuebantur.

Nec dejectus Syracusani suam. Nam *Hermocratem* exulem cum tribus millibus per amicos intromissum, intra mœnia armati oppresserunt, Dionysius quoque cum aliis, pro mortuo se inter cadavera tenens, in vindictam civium necis, Siciliaeque tyrannidem fato quodam suo servatus est.

Nam cum postea Himilco à Syracusana classe victus, Hannibalem sibi collegam ad persequendos bello Sicilienses adscivisset, iique ad trecenta hominum millia adversus Agrigentinos, Siculorum ditissimos, ducerent, Syracusani quidem initio missis ingentibus auxiliis, Pænorum partem profligarunt, & castris, circum misso passim equitatu, commeatum includere aliquandiu: sed postmodum raptò è mari frumento, quod Syracusanis advehebatur, refocillati Pœni, Agrigentinorum res ad desperationem redegerunt. Captum Agrigentum, incolæ dispersi aut occisi, exules multi, Dionysio autore, Syracusis suscepti sunt. Dionysius vero duces criminando effecit, ut sibi summa belli in Pænos committeretur, effectoque sibi ab æmulis periculo, sexcentos corporis custodes, ut quondam Athenis Pisistratus, impetravit: atque ex eo conciliatis sibi vulgi militaris studiis, invasit tyrannidem, quam rara talibus institutis felicitate, LXXII. annos ad finem usq; vitæ tenuit.

Eodem tempore Athenienses continua fortunæ varietate absumpti magis quam victi, ad jugum accipiendum præparantur. Lacedæmonii Lyfandrum cum Callieratide duce mutaverant. Is Delium, Chii propugnaculum, Tejos, Methymnamque urbes recipit; ad Mitylenam progressus, à Cononis quidem mili-

Diod. Sicul. l. 13.

Xenophon Hist. Græc. l. 1.

Diod. l. 13. Just. l. 5. Nep. Alcib.

Euclides Megarensis cum vitæ periculo Socraticam hausit disciplinam, quod Athenis reperiri capitale duceretur Megarensibus.

ARTAXERXES MNEMON.

A. M. 3567.
Hebdoma-
de Dan. 8.
Olymp. 94.
Diod. l. 14.
Ctesias l. 8.

Dario regi Persarum octavo successit *Artaxerxis* filius, qui ob virtutem avi *Artaxerxis* nomen, & ex memoriæ præcellentia *Mnemonis* cognomentum sumsit. Dominabatur tunc Syracusis *Dionysius*, firmataque cum Pœnis pace, totius Siciliae imperium animo complexus, dum aliena appetit, pene sua amittit iterum. Constat rebellionem civium eo desperatione adductum, ut de tyrannide deponenda consultaret. Sed à *Philisto* historiographo animatus, dicente, epithaphium esse egregium tyrannidem, Campanorum opera recepit principatum, & paulo post Catanam, Naxon, Euanam, Leontinos, aliaque oppida ditioni suæ adjunxit.

A. M. 3568.
Xenoph.
Hellen. l. 2.
Diod. Sic.
l. 2. Idem l.
14. Jul. l. 1.

Deterior interim *Atheniensium* fortuna erat, quibus non unus, sed triginta simul tyranni imperitabant. Rectores enim à *Lysandro* constituti, infestiores patriæ hostibus ipsis evaserunt. Cædes civium ab *Alcibiade* duxerant auspicias, ne esset, qui crudelitatis pœnas exigeret. Hunc ex itinere ad *Artaxerxen* interceptum, in cubiculo suo cremarunt, procurante *Pharnabazo*, quem calumniis inimicum ei reddiderant. Atque has quidem ille pœnas libidinum & inconstantia suæ persolvit. Tyranni autem hoc ultoris metu liberati, miseris urbis reliquias cædibus & rapinis exhaurire, pluresque octo mensium spacio in pace occidere, aut fugare, quam bellum decem annis absumferat. Id cum displicere uni de suo grege *Therameni* didicissent, ipsum quoque ad terrorem omnium cicutam bibere cogunt. Fit igitur ex

urbe passim fuga omnium, vetitoque ne quis exules reciperet, Argos se plerique aut Thebas conferunt. Inter eos erat *Thrasylbulus*, vir strenuus & domi nobilis, qui rebus arctis & conclamatis audendum aliquid pro patria, etiam capitis periculo ratus, collecta exulum manu, castellum *Phylen* Atticorum finium occupat. Eum *Imenias* Thebanus & *Lysias* Syracusanus orator privatis opibus liberaliter adjutabant. Tyranni inerea inmemores, nihil in bello pro se *Cornel. Nebabendum*, exulum conata principio pos *Thrasylbulus*.
asperrari: propius accedentes, dum repellere cupiunt, vinci, suspecta deinde Atheniensium fide, extraneis militibus tyrannidem tueri: *Thrasylbulum* etiam donis aggredi, ut patriæ amorem vanis opibus commutaret. Omnia frustra. *Thrasylbulus* enim affluente undiquaque milite auctior, invadit *Pyraeum*; *Critimus* & *Hippolochum*, tyrannorum sævissimos, praelio occidit; fugientes cives oratione demulcet, XXX. se dominis, non patriæ inferre arma proclamant. Ita que reversus in urbem exercitus (tria civium millia conscripserant tyranni) XXX. illos in ordinem redigit, alios decem designat; mox eandem iniquitatis viam ingressos. Tyranni *Eleusinem* digressi *Lacedæmonios* in auxilium advocant, Athenienses accusant defectionis. Mittitur è credulis *Lysander*, qui *Thrasylbulianos* in *Pyraeo* obsidet, reddidissetque tyrannus civitatem, nisi rex Spartanorum supervenisset *Pausanias*: qui adductis ad pacem petendâ *Pyraensibus*, tradidit urbem, exclusa tyrannorum factione, iussaque apud *Eleusinem* subsistere. Hos deinde, cum copias parare rescivisset populus, in colloquium vocatos, cen pacis victimas jugulavit. Sic membra civitatis dissipata in unum corpus coiere rursus, & ne qua dissensio ex ante actis

An. eod.

nasceretur; decretum, jurata injuriam oblivione sepeliendas in perpetuum inimicitias, quæ lex æquius appellata.

Xenoph. de expeditione Cyri l. 1. Dum Athenis ista sunt; in Asia frater bellum exardescit. *Cyrum Diod. l. 14.* rursus pater Cappadociæ; Joniæ; ac *Justin. l. 5.* Lydiæ præfecerat, Artaxerxi natu *Ctesias l. 9.* majori dederat imperium. Sed Cyrus maternus amor ad spes altiores improbius accendebat. Occultè passim amicos parantem defert ad regem Tissaphernes, imperioque insidiari criminatur. Arceffitum ad se, atque innocentiam simulantem, aureis compedibus vincit; Artaxerxes; ne interficeretur, matris precibus datum. Dimissus igitur Cyrus, inimicior ex periculo illataque contumelia factus, auxilia undique contrahit. Lacedæmonii memores se Atheniensi bello enixè ab eo adjutos, suppetias decernunt: Tamos Ægyptius adducit classem. Stipendiariorum XIII. millia Clearchus, Byzantio ob tyrannidem pulsus, Chirofophus è Samo, Proxenus Thebanus, Comite Xenophonte (qui expeditionem deinde literis mandavit) aliique duces conscripsere. Pecuniam Epyanaxa, Syennesis Cilicum regis uxor præbebat. Vivasque est Cyrus dignas imperio opes animosque habere, cum justitia & fortitudine ac cum primis liberalitate enitesceret, quibus artibus effecit, ut plurimi suum caput periculis ipsius causa objectarent. Comparatis ergo centum & viginti millibus militum, per Phrygiam, Ciliciam, Syriam, Arabiam, Babyloniam, ad Medorum usque fines duxit, ac virtute Græcorum profligatis pene Artaxerxis copiis, quæ secundùm Xenophontem millies mille, secundum Ephorum autem quadringenta millia excedebant, temeritate propria victoriae fructum ami-

fit. Perrupta enim cohorte regia, dum interficiendi fratris laudem; pugnaque suo Marte disceptanda; cupidius quam prudentius affectat, vulnerato Artaxerxe, sed à stipatoribus subtrahito, incerto iclu confoditur, prin. *A. M. 3571.* ceptus sane egregius, si mortem hanc non fraternis odiis, sed patriæ salutè impendisset. Interfectores ejus se professi postmodum, reginæ matris infestatione perierunt.

Tum vero Spartani more ingenii *Ctesias l. 20.* humani, quo plura habent, eo majorem apud *Phot. & Plutar.* cupientes, totius Asiæ imperium affectant; occasione impulsu societatis, in Artax. quam urbes Cyri partium in regios *Justin. l. 6.* Satrapas expetebant. Etenim Artaxerxes Tissapherni suam filiam o- *Xenoph. de expeditione Cyri l. 6. & 7.* ciusque Cyri provincias dederat, *Diod. l. 14.* ad convictum, duces Græcorum, qui *Ctesias l. 20.* Cyro militaverant, occidit omnes excepto Menone Thessalo. At milites Chirofopho & Xenophonte ductoribus, neque armis à tanto exercitu vinci, neque dolo capi poterunt, revertentes, inter indomitas nationes, per immensa itineris spatia, per varios casus, perpetuaque prælia & pericula, ad Pontum se penetrarunt; ubi cum aliquot mensibus Seuthi Thracum regulo militassent, tandem Thymbroni Lacedæmoniorum duci in Lydia conjuncti sunt. Præerat tunc Lydiæ Artimas, Phrygiæ Artacamas, Lycaoniæ, & Cappadociæ Mithridates, Ciliciæ Syennesis, Phoeniciæ & Arabiæ Dernes, Syriæ & Assyriæ Belesis; Babylonè Roparas, Mediæ Arbaces; Phasianis, *Xenoph. l. 6.* Hesperitis & Armeniis Teribazus; Paphlagoniæ Corylas, Bithyniis Pharnabazus. Carduchi, Chalybes, Chaldæi, Macrones, Colchi, Mosynæci, Getæ, & Tybareni sui erant juris singulis; perque has gentes universas Græci perreperant, cum è decem millibus reliqua sex millia Thymbroni

Olymp. 95.
Xenoph. Hel. l. 3.
 broni jungerentur, duce Xenophonte. Reliqui in itinere aut caesi aut dilapsi, aut tempestatibus enecati, aut capti venditique fuerant. Iis subnixus auxiliis Thymbro, Pergamum, Teuthraniam, Halisarniam, aliaque oppida Tissapherni subito ademit. Sed cum ad Larissam hæreret, sociis gravis & infestus, impar ei bello est judicatus, suffectusque illi ab Ephoris Dercyllides advenit in Asiam: qui statim ostendit, quantum inter cordatum & socordem bellatorem interesset. Vires enim astu sibi doctus adstruere, simulata cum Tissapherne amicitia, Pharnabazum solum aggressus est, unoque octiduo novem Aëliæ cepit oppida, ac ne sociis oneri esset, in Bithynia hibernavit. Mox per inducias Cheronesum adversus Thracas communit, magnificisque honestatus muneribus in Asiam reduxit copias.

Diod. Sic. l. 24. Ctesias l. 21. A. M. 3572.
 Dum ille ob præclare obitam militiam præmiis afficitur, & Ctesias Cnidius ob medicinæ peritiam in honore est Artaxerxi, Athenienses *Socratem* philosophum, quod Deos eorum contemneret, *capitis damnant*, mox seipos erroris, quod tanti precii virum temerè absuntum frustra desiderarent. Igitur accusatores ejus *Anytum & Melitum*, ne dicta quidem causa, mortuo inferias mittunt. *Parvifatis* mater Artaxerxis, in nulum suam *Statiram* ferali ardens odio, crudeli eam fraude peremit. Nam dissecta cultro avicula, cujus alterum latus veneno tinxerat, alterum non, unam partem ipsa incolumis edit, altera reginæ mortem attulit. Tum vero *duobus in locis bellum* summa vi instruebatur, ab Artaxerxe *in Asia* adversus Lacedæmonios, cum quibus Pharnabazus & Tissaphernes inducias erant pacti, & à Dionysio *in Sicilia* adversus Carthagenenses, qui Græcas ibidem eivitates dura servi-

tute premebant. Alliciebat Dionysium lues, gnarum præcipuas Pœnorum vires ea fædisime prostratas. Quare benignius habitus Syracusanis, ostensaque præda Punica, haud difficulter expeditionem sumere, persuasit. Armorum vim stupendam, conquisitis hinc inde artificibus, catapultas quoque & quinque-remes primus tunc comparaverat, stipendioque & præmiis insuper ingenia virorum excitabat. Quem *æmulati Romani*, ceperunt eidem æra persolvere militi, atque hoc pacto plebem sibi patres obsequentissimam reddere, adeo ut creatis iterum loco Tribunorum militarium Consulibus, Anxur, quæ nunc *Tarracina* est, animose expugnaretur.

At Dionysio sub signis erant LXXX. peditum, tria equitum millia, naves longæ CC. onerariæ 10. summissque viribus *Motyam* Pœnorum coloniam oppugnabat. In hanc clanculum X. triremes immittit *Imilco*, Prætor Carthagenensium, quæ noctu in portum Syracusanum invecitæ centum, iis triremes omnibus insciis corumpunt. Mox adducta centum navium classe, *Motyæ* obsidionem solvere conatur *Imilco*, sed fortiter repellitur. *Motyæ* plurimo utrinque sanguine defensa oppugnataque, Dionysio dedit manus. Sed *Imilco* mox fortior ab Carthagenensibus reversus, ultra centum & triginta peditum, quatuor equitum millia, sexcentis advexit navibus, quæis Erycem capit, recuperat *Motyam*, Messaniam etiam diruit, Dionysium à multis civitatibus desertum, Syracusis regia urbe includit. Inde Leptinem classem Siculæ præfectum superat, naves Dionysii centum partim capta, partim obtrita, cæsa virorum viginti millia, ac portu Syracusano bis mille navium classe obstructo, urbs ab exercitu pedestri circumses-

fa est. Ea felicitate intumescens Himilco, ut nihil sacri profanique habuit, ut mortuorum sepulchra, ut Deorum, qui putabantur, templa, expilavit, statim ex adverso ab aeterno caeli numine est oppugnatus. Pe-
Justin. l. 19. nis enim violentissima corripuit exercitum; magnaque ejus partium multitudinem absumpta reliquos in stuporem egit. Centum & quinquaginta hominum millia ea luce feruntur periisse. Ea occasione belli usus Dionysius, simul terra marique, silente luna, invadit hostem, cumque ignem navibus admotum ventus longius tulisset, plerumque Pœnorum classem cremat, milites acie fusos in castra repellit, obsessoresque suos obidet. Nimirum per brevi apparuit:
quam sit imbecille hominum adversus celestes iras robur. Nam Himilco, rebus desperatis, abitum sibi auro redemit ab Dionysio, quem antea extrema sibi coegerat timere, lectisque Carthaginensibus fugae sociis, trepidus in Africam refugit. Siculi auxiliare donum quisque dilapsi. Reliquam Barbarorum multitudinem Syracusani addixere servitio, demptis Hispanis, qui cum pro libertate mori decrevissent per Caduceatorem eam impetrarunt, & in stipatores Dionysii allecti sunt.

*Diod. Sic.
lib. 14.*

Tantis Carthaginensium infortunis exercitiis *Afri*, rebellionem moliantur, aspernati que imbecilles & confusas undique vires Carthaginis, Tunetum occupant, in aciem procedentes intra muros coercerent. Sed ut sunt *vulgi motus inconstantissimi*, coluvies ducentorum millium, deficient commeatu & consiliis, subito dissipata emarcuit, nec Dionysii in Pœnos, nec Pœnorum in Siculos, nec Afrorum in Pœnos consilia & molitiones enim, quem repertores volebant, exitum habuere;

Himilco pertrahens infamiam, inedia sibi vitam detraxit.

Nec felicior Tissaphernis per *Asiam* fuit expeditio, initio lata quidem, sed funesta fine. Primum Artaxerxi autor fuit, ut *Cononem* Cypro evocatum, navali bello præficeret, Lacedæmonii interim Eleos per Agidem regem edomantibus, cui Agesilaus frater successit: præterito ejus, ob suspectam originem, filio. Agesilaus egregius cum copiis in *Aham* missus, petitumque à Nephreo, *Egyptiorum* rege (Justinus *Herfynionem* vocat) classis auxilium est. Itaque par ducum, quibus omnia pene paria Numen dederat, inter se commissum. Sed *Cononem* seditionis militum invadit, eo instantius debita poscentium quo *graviorem sub magno duce militiam* præsumebant. *Conon* diu rege per Epistolas frustra fatigato, ad postremum ipse ad eum pergit, nec sine adoratione admittitur, ne patriæ dignitatem violaret, per internuncios agere maluit, quam servitutis significationem dare. Ergo unum impensa procuratorem poscit, causatus *pernitiosum esse plurimum in re nummaria ministerium*. Dato stipendio nullam agendis rebus morâ passus, multa fortiter, multa feliciter facit, agros hostiles vastat, urbes expugnat: Rhodios à Lacedæmoniorum avellit societate, eorumque etiam urbe recipitur. Tum qui donatum ex *Egypto* frumentum advehebant, dum confidenter insula, tantquam amicæ, naves advertunt, totum apparatus *Conon* intercipit. Mox etiam LXXX, Phœnissis, decem Ciliis navibus classe aucta, terribilis se per univèrsam mare infert.

Nec segnior *Agesilaus* universam *Lydiam* ad ipsas usque *Sardes* prædæ *Xenoph. l. 3.* habet, pertractasque in insidias *Tissaphernis* copias dispergit atque ejus *Plut. in opulentissimis castris* potitus, quæ *Agesilaus* clades *Tissapherni*, tanto regis amico, capite stetit. Nam *Artaxerxes* tam

fam indigno accepit facturam, ut imperium ei abrogaret, successoremque mitteret *Tithraustes*, qui *Colossas* profectus Phrygiæ, *Tissapherni* in balneis capto caput præcidi, & ad regem deferri mandavit. Non sine opratisimo *Parisatidis* reginæ gaudio, ultionem hanc filii sui *Cyri* manibus dudum exigentis.

Paulo post eadem *Nemesis* *Lysandrum* Athenarum perniciem perdidit. Nam qua invidia Athenæ conciderant, jam occulte etiam in *Spartam* exardescerebat, inflammata acrius auro Persico, quod *Tithraustes* clam dari principibus curaverat. *Intolerabilis* quippe inter pares nimia felicitatis potentiaque persuaso. Quare cum *Phocensibus* litigiis miscerentur *Lacedæmonii*, Athenienses *Bœotis* oppem ferunt ducemque *Spartanorum* *Lysandrum*, ac *Phocensium* non paucos, *Haliartum* obsessentes trucidant *Pausanias* dux alter *Lacedæmoniorum*, quod castrorum cadavera non Marte, sed per inducias repetisset, domi prodicionis accusatus, vitandæ morti *Tegeam* in exilium proficiscitur.

Idem in *Lacedæmonios* odium *Argivos* & *Corinthios* *Bœotis* adiunxit, quibus statim *Eubœa* universa, *Leucadii*, *Acarneanæ*, *Ambraciota* & *Chalcidenses*, *Thraciæ* accolæ, unanimi invidia accesserunt, fœdusque *Lacedæmonii* formidolosum idem: *Heracleæ* ipsorum colonia expugnata, *Phocenses* ab *Ismenia* *Thebano* cæsi sunt. Jamque ipsi *Spartæ* minabantur principes *Græcorum* populi, cum *Agefilaus* ex *Afa*, ubi dudum res magnas gerebat, ad defensionem revocatus patriæ paruit. Eius quoniam serus adventus erat, collecto exercitu obviam hosti procedunt. *Spartiatæ*, duce *Archidamo*, protractoque in noctem usque prælio hostes pellunt, victoria haud inveniuta.

Eam tamen *Agefilao*, *Thraciæ* *Amphipolin* transeunti, nunciavit *Dercyllides*, atque mox ad relictas in *Afa* copias, famam eandem pertulit, tristissimo confestim nuncio interruptam. Etenim *Cononis* virtus ad *Xenoph.* l. 8. *Cnidum* *Laconicas* opes fregerat, adjuvante è *Persis* *Pharnabazo*, ubi *L. Lacedæmoniorum* triremes captæ, reliquæ in fugam actæ. *Pisandro*, quem *Agefilaus* affinitatis causa (erat enim uxoris ejus frater) classi præfecerat, navalibus præliis interempto. Idque initium Atheniensibus resumendæ potentia, & *Lacedæmonii* habendæ finis fuit. Continuo enim focii fortunam maris secuti *Coï*, *Chii*, *Teii*, *Mitylenæi*, *Ephesii*, ad *Persas* defecere.

At nihil demissior animi *Agefilaus*, *An* eod. *Thebanos*, *Corinthios*, *Argivos*que *Diod. Sicul.* ad *Coronaam* aggressus, indurato multis expeditionibus milite, tandem posttravit, acri & cruento prælio, quo ipse graviter sauciatus, *Delpus* se curavit deportandum, & *Gyulis* *polemarchus* in *Locros* pergens periit.

Cæterum *Bœoti* cum focii nihilominus remissius bellum apparabant, cæsis etiam crudeliter, si qui *Persicæ* largitionis expertes, studiosius conficiendæ paci incumberebant. Eorum quidem exules, *Lacedæmonios* ad *Corinthum* occupandam instigant, & notabilem suis popularibus procurant cladem. Murorum enim *Corinthiorum* partem diruit *Praxites*, *Spartanorum* dux erectoque propugnaculo grandiores eruptiones inhibuit *Bœotorum*. Interim *Conon* & *Pharnabazus*, memores *Agefilai* injuriarum, ad depopulandos *Spartanorum* agros veniunt, *Cytheram* insulam capiunt, vastatisque *Laconiæ* finibus, *Conon* *Athenas* pergit, ac dirutos à *Lacedæmonii* muros, ex eorundem spoliis restituit.

Xenoph. l. 3. histor.

A. M. 3576.

Plutar. in Agefilao.

A. M. 3577.

Xenoph. l. 8. Hellen. hist.

Justin. l. 6.

Diod. Sicul. l. 14. è Theopompo

Chio. qui hic desit.

Xenoph. l. 4.

*Lib. 1. s.
Diod. Sic.
l. 14. Olymp.
17.*

Dum ita Conon Atheniensibus succurrit suis, eadem felicitate *Camillus Romanos* terrore perculosos liberat. Titinius Genutiusque, Tribuni militares ex plebe (paucis ante annis hoc imperium cum plebe communicatum fuerat) bellum adversus Faliscos & Capenates majoribus animis quam consiliis gesserant, seq; & exercitum præcipitaverant in insidias. Miles Romanus ad Vejos ægre à fuga retinebatur. Igitur fatalis dux ad excidium Vejorum, servandæque patriæ dictus Dictator M. Furius Camillus, Faliscos & Capenates non tantum prælio fudit, sed castris quoque exiit. Vejos acto in arcem cuniculo, & immisso repente milite cepit. Urbs Italicarum opulentissima direpta, decimæ Apollini Pythio votæ. Hæc urbs decem æstates hyemesque continuas circumfessa, cum aliquanto plus cladum intulisset quam accepisset, operibus tandem non vi expugnata, vel ultima clade magnitudinem suam indicavit.

Longe pertinacior Sparta Vejis, amissumque maris imperium denuo Atheniensibus extorquere annixa est. Thrasylulus Therimachum Spartanum in Lesbo insula vicerat, reges Thracum Amedocam & Seuthen Atheniensibus associaverat, Rhodum que appulerat. Adversus illum Lacedæmonii missa classe, Samum, Rhodumque insulas in suas traducunt partes, & navibus undique contractis, præstantissimos in eas classarios describunt. Interim Teribazo Satrapæ per Antalcidam legatum pacem offerunt, qua Græcis omnibus libertas sanciretur; quæ tamen ne rata esset, Conon impedivit pro Atheniensibus & Bæotis. Sed Cononi id accidit, quod solet mortalibus, ut inconsideratior in secunda quam adversa esset fortuna. Clam enim dare operam

cepit, ut Joniam & Eoliam restitueret Atheniensibus. Id quum male esset celatum, à Teribazo, qui Sardibus erat, quasi magna de re revocatus, in vincula conjicitur, atque in eis perit. Teribazus quidem Spartanis erat amior, at Struthas novus dux, alia edoctus in Jonia, Thymbronem à Lacedæmoniiis ablegatum cum exercitu, ex improvise adortur, & in conflictu sternit. Ejus necem continuo ultro est Teletias, frater Agesilai, captis astu filia Struthæ & genero Tigraue, prædaque ingenti parta, unde & militibus stipendia dissolvit. Mox Thrasylulum quoque sua fata oppressere. Nam quod negligentius haberet milites, & Aspensionum agros vastari sineret, ad fl. Eurymedontem in Pamphylia nocturna barbarorum oppressione cecidit. Viro fortissimo militaris licentia stetit capite suo.

Eodem tempore Dionysius Græcos etiam, in Italia habitantes, bello exagitavit. Cum enim Thurios à Lucanis attritos sciret, Rheginos, Messenios, Cauloniosque afflixit graviter, ut magnâ Græciâ de suo arbitrio abuteretur. Crotoniatis quidem devictis, insolita tyrannis liberalitate veniam dedit, at Rheginos post multiplices casus fame perdomitos, sub hasta vendidit, demptis tantum iis, qui mina argenti caput redimere suum possent.

In eandem pene calamitatem in altera Italiæ parte *Romani* incidissent, à Gallis infestati, nec sine culpa sua, nisi fatali quadam *Camilli* felicitate præsentis essent exitio vindicati. Ea res ita habuit.

Ante ducentos annos *Galli in Italiam* transcenderant: recentissimi iis adventæ nuper accesserant *Senones*, & abundante multitudine Clusinarum agris inhiabant. Clusini exercitui legatos Romam, qui auxilium ab senatu

Nepos Conone. Xenoph. l. 4. bistor.

natu peterent, misere; Datum est nomi-
mini Italico, ut tres legati. *M. Fabii*
Ambusti filii ad Gallos irent, bel-
lumque amica ex postulatione prae-
verterent. Hi cum parum pro Clu-
finis effecissent, contra jus gentium
in Gallos pugnare ausi, praeferoce[m]
populum in Romanos concitarunt.
Cum deinde postulati non dederentur,
sed tribuni etiam militares consulari
potestate crearentur, flagran-
tes ira Galli citato agmine Romam

M. 3584.
V.C. 365.
Olymp. 98.

Libius l. 5. cum diu obfediissent Galli, & jam
Eutrop. l. 1. Romani fame cruciarentur, ac nobi-
Flor. l. 1. c. 13. lissimi ex iis quique in ipsis hono-
Aure. Vict. rum insignibus caesi occubissent, in
de viris il- summa trepidatione *Camillus absens*
Instribus. *Dilatator creatus est.* Hic antea ob

praedam inique, ut aiebant, divisam,
iniquius damnatus, Ardeae exulabat.
Jam vero collectis, qui Vejos trans-
fugerant, Gallos improvisos gravis-
sime prostravit, datoque auro remo-
vit ex urbe. Quod cum illi maligno
pondere admeriendum postulerent,
iterato praelio ita eos cecidit, ut vix
cladis nuncium relinqueret. Ita ter-
tio triumphans urbem ingressus est,
& appellatus secundus Romulus:
quasi & ipse patriae conditor. Hic
tanta innocentia fuit, ut cum Fali-
scos obsideret, ludii literarii magi-
strum, qui principum filios ad eum
adduxerat, vinctum iisdem pueris in
urbem redigendum, & verberan-
dum traderet. Seno ares (qui Suevi A-
ventino) cum Dionysio Siculo ami-
citiā & foedus iniere.

A.M. 3585.

Insignis is annus tum Romae ca-
su, tum pace Graecorum fuit, quam
procuratu *Antalcida* denuo, satisque
opportune Artaxerxes promulgavit.
Edictum proposuit *Teribazus*, quo

rex civitates Asiae sibi asserbat, ex
insulis etiam Cyprum & Clazome-
nas, reliquas Graecorum urbes, ma-
gnas parvasque, liberi juris pronun-
ciabat, praeter Lemnum, Imbrum, &
Scyrum, qui priscitus Atheniensium
juris erant. Diversum sentientes ho-
stes judicabat. Fessi igitur tot malis
Graeci cupide paruere, demptis The-
banis, qui coacti potius caeterorum
conspiratione, quam volentes tunc
quidem quievère.

Mox potentia Persarum in Eva-
goram Cypri & Acorin Aegypti re-
ges incubuit, haud impares ad resi-
stendum. Evagoras enim octenni
praeparatione ducentas sibi naves, &
firmas pedestres copias contraxerat,
Aegyptiusque & Tyriis opibus susten-
tabatur. At ingens Persarum vis ini-
tio ipsa sua mole laborabat, subtra-
cto per Evagoram comite. Sed
postquam Caos archithalassus tota
classe à Cilicia subvexit frumentum,
Evagoras navali praelio succubuit.
Atque à Teribazo & Oronte captis
Cypri oppidis, in Salaminem rex ur-
bem compulsus, priusquam ad ex-
trema veniretur, Salaminis impe-
rium pactus est, atque ut Artaxerxi
regia esset, non servili subjectione
obstrictus. Durante bello Orontes,
gener Artaxerxis Teribazum colle-
gam, virum longè fortissimum col-
lusionis cum Evagora improbe infi-
mulaverat, sperans prosperam amu-
li perniciem. At rex Cadusiorum,
bello implicitus, causae cognitionem
distulerat. Hinc pacem nactus, ut ca-
lumpniae convictum animadvertit ge-
nerum, ex amicorum eum catalogo
expunxit, paratamque Teribazo igno-
miniam delatori ipsi infixit justissi-
me. Iniquius contra pacem Dionysius
& Lacedaemonii tulere. Dionysius
otio lascivieus non minorem se
Poëtam, quam bellatorem ferebat.
Fuerat enim scriba, priusquam ty-
ran-

Justin. l. 5.
Diod. l. 14.

Diodor. 81.
cul. l. 15.

Justin. l. 10.

Diod. l. 15.

rannidem capefferet. Itaque ut *solent fortunati omnia sibi credere*, reprehensus à Platone Philosopho & Pœmista Philoxeno, indignissime accepit *Corn. Nepos tyrannicum ingenium liberioris homines spiritus; illum quidem quinquaginta minis vendidit, hunc vero in lal. 15. Laert. picidinas dedit. Postea Plato cum potestatis sibi aut rarissime, aut jucundissime conuersandum*, Philoxenus domini reprehensionem erudita comitate condiendam didicit. Interim tyrannus famam non potuit exorare, quin plus libertati humanæ quam potentia tribueret. Cui impar, miseranda ambitione totam genus humanum, ut virtutibus suis infensum, criminatus est.

Inde confiato iterum Carthaginiensibus bello, cum clade affecti honestissimam ei pacem offerrent, versa belli fortuna, parte ditionis est exutus: coactusque redimere pretio, quod vendere prius noluerat.

Cæterum Lacedæmonii imperare affuerti Græcis, alienam in pace libertatem indignabantur, & omnes reparandæ potentia occasiones curiose circumspectabant. Supervenit Gaos, Persa, & currentibus addidit calcar. Igitur minora oppida pro arbitrio tractare, Mantinenses vero Arcadum præcipuos, qui in unum semex oppidum collegerant, ad diruendos muros armis cogere instituunt, novique per Græcos dissidii autores, ea spargunt semina, unde ipsis maxima tandem clades fuit metenda. Accendit interim & animos Amyntas, qui ab Illyriis Macedonia pulsus, cum præter spem eam recuperasset, Pellam, aliaque Olynthiis donata oppida reprobabat, perque Apolloniates, & Acanthios à Spartanis corrogabat suspectas. Missus Phœbidas dux arcem Cadmæam Thebanorum, à Leontia de proditam occupat, quam gaari à

se contra fœdus occupatam Spartani nihilo magis restituant, sed & diversum sentientes Thebis injuriose ejiciunt. Interim ne iniqui videantur, ducem prætura mutant, cujus factum ipsi judices defendere non abhorrebant. Ergo suffectus Phœbidas Teleuthias, ab Olynthiis cum flore exercitus occiditur. Mox tertius dux Agesipolis febris perit. Polybides tandem fame subactos Olynthios ad jungendam cum Spartanis societatem, perduxit, unde florentissima iterum Lacedæmoniorum civitas visa. Nam à regibus Persarum, Egypti & Sicilia colebatur; Thebanos præsidio coërcebat: Corinthii Argivique demissus erant animis. Athenienses prorsus inglorii.

Sed magna sepe res non ita magnis copiis sunt gestæ, validissimaque opes ab tenui sepe initio prosigantur. Idque etiam tum Lacedæmonis accidit. Septem adolescentuli exules coierunt, pro Thebis recuperandis, ductore Pelopida. Il vesperscente celo, vestitu agresti Thebas perveniunt, vinolentos magistratus, Venerique quam Marti intentiores matronali induci habitu opprimunt. Hinc vulgo ad libertatem vocato, adjutu Atheniensium, præsidium ex arce depellitur. Paulo post Thebani ab Atheniensibus, inero Spartanorum deserti, desertores strategemate ad renovandum secum bellum inducunt. Nam Sphodriæ præfecto Thepsiensium oblati muneribus persuadent, ut Atticos agros vastet, Pyræoque struat infidias. Ea injuria irritati Athenienses, facile iterum Thebanis armis sociant, Chios, Rhodios, Byzantinos, Mytlenæos ad defectionem trahunt, LXX. civitates subito in Spartanos armantur. Contra Spartanis adhuc multitudine superiores, Agesilaos duce in Bœotiam movent, & hostes ad prælium populationibus provocant,

Georg. Geomisthus l. 1.
Corn. Nepos
in Dione.
Diod. Sicul.
l. 15. Laert.

Xenoph. l. 1.

Diod. Sicul.
l. 15.

Olymp. 100.

Xenoph. l. 5.
Nep. Pelop.
Diod. Sicul.
l. 15.

erant. Sed frustra. Chobrias enim dux preoccupatis, quæ opportuniora erant bello, locis, facultatem dedit suis coercendi populationes. Ipse ad *Naxum* navali certamine *profligat Lacedamonios*, atque Atheniensibus præscam fortitudinis existimationem restituit, mox etiam Timotheus clementiæ. Expugnata enim Corcyra, à direptione & injuria cohibet militem, eaque justitiæ fama multas civitates ad populare imperium, colendamque cum Atheniensibus societatem allecat.

Olymp. 101. Interim *Roma* eodem tempore capitale *M Mantio* nimium populi studium fuit. Comperito enim, quod profusis largitionibus invidiam senatui, aditumque sibi ad regnum, fruere, in vincula coniectus est, à quibus interventu plebis exem-

Livius l. 6. ptus, cum populum, cujus precibus evaserat, ad rebellionem concitaret, de saxo Tarpejo, quod olim masculè adversus Gallos defenderat, dejectus perit: *locusque idem in uno homine & eximia glorie monumentum. & pene ultima factus.* Similiter Corinthi Megaris, Sicyone, complures perduellionis sunt damnati, quod Artaxerxis autoritate, noxia per Græciam pax, & cum pace libertas civitatum invaluisset, primorumque multi administratæ reipub. rationes crudelius sæpe quam justius postularentur. At Thebani, autore Epaminonda, transactioni contradixerunt valide, nec Lacedæmoniis continentis imperium, quod Athenienses, ut mari potirentur, jam concesserant, ratum habuerunt.

Tum vero Artaxerxes, collectis è Græcia xx. mercenariorum millibus, pluribus annis adornatū bellum adversus *Agyptios* pridem rebelles gessit. Iphicrates Atheniensis Pharnabazo collega datus, & classis quingentarum navium in *Agyptum* du-

cta est, barbarorum millia ducenta. Patefacto *Agypti* aditu, quem Nestanebus Rex diligentissime obstruxerat, nihil præterea gestum, oborto inter Pharnabazum & Iphicratem, dissidio. Cum enim Iphicrates Memphin præsidio vacuam oppugnare cuperet, importuna Pharnabazi cunstatione res extracta, ac mox inundante Nilo terram, infecto bello discessum est.

Confestim inquietudo iterum incescit Græcos, Atheniensibus populari civitatum regimini, Lacedæmoniis Aristocratiæ patrociniū venditantibus: Deusque irascens insanis mortalium tumultibus, *Helicem & Buram*, Achajæ urbes, undæ marinis *A.M. 3599.* terraque hiatis absorpsit. Fax quoque stupendæ trabis instar, diu arsit in æthere, vanamque hominum confidentiam cœlesti incendio exterruit.

Nihilominus *Lacedæmonii Thebanis* bellum faciunt, jam desertis ab Atheniensibus, quod Plataenses & Thespiones injustius è Bœotia exegissent. Quamobrem Cleombrotus per Phocidem copias ad Bœotorum fines produxit, cui Thebani, creato Epaminonda imperatore, apud Leuctra occurrunt, ubi quondam Scedasilias Spartanorum legati violaverant. Atque Iason quidem Pheræus ambigua fortunæ perpendere, ac jure quam armis experiri iusserat. Verum Lacedæmonii, alterius ducis Archidami superventu pertinaciores, ferro disceptandum judicabant. Quare concurrentibus aciebus cadit Cleombrotus, Spartanorum quatuor millia sternuntur, victoria Thebanis cedit, antiquissima Lacedæmoniorum Respublica, quæ annos quingentos principatum sibi vindicarat Græciæ, suapte superbia, usurpato pridem honore dejecit.

Is casus Jasonem Pheræum in spes fortuna sua altiores pellexit. Everfa *Xenophon lib. 6. bis.* enim

Diod.
Sic. l. 13.

enim Heraclea, Theſſalorum ſe-
cem facit, deſcriptoque oppidis tri-
buto viii. equitum, xxx. peditum mil-
lia cogit, atque imperium Græcia
animo agit, junctis cum Amynta
Macedoniæ rege conſiliis. Sed unus
annus mox ambos abſtulit, magnū
que incuſſum Græciæ terrorem ſubi-
ta regum fata diſſiparunt.

*Amphilus
Probus aut
potius Cor-
mel. Nepos
in Iphicra-
te.*

Secuta & mors *Ageſpolidis* Spartæ
regis, & novum pro Arcadum fa-
ctionibus bellum, quarum una The-
banos, altera Lacedæmonios implo-
raverat. Mantinenſes iterum à Lacedæ-
moniiis muros reparare vetiti,
Thebanorum fulciuntur oibus Hi-
ſce ergo ſupperias ituri *Epaminondas*
& *Pelopidas*, adſcitis Locris, Argivis
& Eleis, cum l. millibus militum in
Lacœniam irrupunt, Spartæque
occupandæ ſpe dejecti, quod eam
cives heroice defenderent, & Iphi-
crates Athenienſium dux auxilia eis
adduceret, univerſam terram hoſti-
liter depopulantur, inque Arcadiam
revertuntur præda graves. Inde Me-
ſſenen quondam à Lacedæmoniiis di-
rutam inſtaurant, urbem irreconci-
liabili Spartæ odio ſagrantem. Lacedæ-
moniiis vero ab Artaxerxe, Dio-
nyſio & Athenienſibus auxiliareſ ve-
niunt copia quibus ſuffulti, dum
Bœoti Theſſalis opem ferunt, novo
ſe de ſumma rerum certamini pa-
rant. *Pelopidas* à Bœotis ad Alexan-
dram Phærum, quem arce quadam
antea ſpoliarat, ablegatus, inopinato
vinculis conſtringitur. Eum expedi-
re volentes Bœoti, ab Alexandri equi-
tatu circumfunduntur, inque extre-
mo verſantes periculo, *Epaminon-
dam*, ex ſuſpitione aliqua imperio
motum, de gregario milite iterum
ducem creant, ejuſque peritiam mili-
tari ſtatim liberari, *Pelopidam* quo-
que Phæro extorquent. *Pelopidas*,
poſſimodum ſumpto exercitu, dum
acie Alexandrum vincit, cadit ipſe,

*A. M. 3698.
Xenoph. l. 6.*

libertate Theſſalis conciliata, qui ſu-
nus ejus exquisitiſſimis honoribus
affecere. Tyrannus paulo poſt, à pro-
pria uxoris fratrilus in thalamum
introducitur jugulatus, ſævitiæ poenas
exſolvit. *Timophanes* quoque Corin-
thi tyrannidem ſpe complexus, in
ipſo conatu à germano fratre Timo-
leonte perimitur.

*Diod. Sic.
lib. 15.*

Alius tyrannus *ſenex Dionyſius*, è
crapula ager, ſoporifero potionatus
medicamento animam exſpiravit,
non invito filio *junior Dionyſio*, qui
regno potius quam moribus ſucceſ-
ſit paternis, otium ratus imperium quo
nihil eſt in mundo negotioſius. Nec dum
erat finis Thebanorum Spartanorum-
que odii. Arcades grandi ſtrage con-
ſternati, Megalopolin conſiderant.

*A. M. 3607.
Nepos Ti-
moleonte.
Nep. Dione*

Inde Mantinenſes paci inter Eleos &
Piſanos factæ obluſtantes, reliquos
in ſe Arcades accendunt. Decurritur
iterum ad Thebanos & Lacedæmo-
nios: iterum *Epaminondas* Spartæ ipſi
inhiat, pueris & ſenibus ægre eam
tuentibus, donec Agis à Tegeatibus
robur exercitus reduceret. Itaque ad
Mantineam occupandam feſtinans
Epaminondas, ſequentibus validiſſi-
mis hoſtium copiis, arduum præ-
lium facit, in quo dū non ducis tan-
tum, ſed fortiſſimi etiam militis of-
ficio fungitur, ſuo ſanguine parta
Thebanis victoria latus decedit.

*Olymp. 104
Xenophon.
lib. 7.
Diod. l. 150*

Hoc velut mucrone teli ablato,
Thebæ reip. vires hebetatæ ſunt,
ut non tam illum amiſſiſſe, quam
cum illo cecidiſſe viderentur. Fue-
rat enim vir patriæ quam ſui ſtudio-
ſior, pecuniæ ſummus contemptor,
literarum meliorum ſcientiſſimus.
Eo deſuncto pax tandem Græciæ ma-
lis feſtè arriſit, excluſis tamen Lacedæ-
moniiis, quod antiquos hoſtes Meſ-
ſenios patria frui non ſiſterent. Ob
id etiam Artaxerxi, regi, pacis pro-
motori, ſuccenſentes Lacedæmonii
cum Tacho Egyptiorum rege, aliis-
que

A. M. 3609.

*Val. Max.
l. 1. cap. 30.*

*Georg.
Gem. l. 1.*

que

que rebellibus Satrapis in Persas jun-
gunt arma. Ii erant Ariobarzanes
Phrygiae, Mausolus Cariae, Orontes
Myliae, Antophradates Lydiae prin-
cipes: Et Jonum Lycii, Pisidæ, Pam-
phylia & Cilices: Syri quoque & Phœ-

Corn. Ne-
pos Datame

lator *Datames*, qui nuper Aspm Ca-
taoniae regulum vivum ceperat, & è
summa Artaxerxis benevolentia non
minorem erat aulicorum invidiam
consecutus. Itaque livoris præven-
tendum ratus ictum, Ariobarzani-
se partibus clam applicavit, conjun-
ctamque Cappadociae intercepit Pa-

Diod. L. 15,

phlagoniam. Mithribarzanem focerum
suum, qui ad Artabazum pro-
fugerat, prius assecutus exercitu est,
& vicit, quam proditionem ille me-
ditatam exsequeretur. Sed qui mul-
tos consilio & celeritate superaverat,
simulata tandem Mithridatis ami-
cicia captus, periit. Idemque pene
reliquis defectoribus casus accidit;
quibusdam illorum muneribus, qui-
busdam armis, aliis aliorum insidiis
oppressis. Tachon Aegyptium in
Phœnicia jam stativa habentem, præ-
fectus in Aegypto relictus, regno
dejecit, ejusque Nectanebum filium
ad impiam patris proditionem im-
pulsit, Nectanebus ab Artaxerxe
præpositus militi Aegypto, insidias-
que genitori struens, eo illum in-
dignationis perpulit, ut irato se
Domino, quam scelerato filio mal-
let tradere. Et respondit præcipi-
ti consilio eventus Tachos enim ad
Artaxerxem profectus, non tantum
defectionis impetravit veniam, sed
& copias ad recuperandum de filio
regnum, quod mox etiam virtute
& consilio Agefilai, Lacedæmonio-
rum regis, quem belli habebat fo-
cium, inopinatus recepit. Nihilo
meliorem rex ipse Artaxerxes in Da-
rio filio pietatem est expertus, quem
regem jam pronunciaverat. Cum e-

nitam datam ei temere pellicem Aspa-
siam, qua & ipse & frater Cyrus usi
fuerant, sacerdotem solis creasset, ut
ab incesto filium amore abduceret,
amentibus amantis Darii insidiis pe-
titur. Quibus detectis, occidit
quidem furem amore filium, sed
paulo post ipse incereore contactus o-
biit, rex quam pater fortunator. E-
gisse regnum scribitur annos 43. pacis,
si quisquam regum, studiosissimus.

Sub eo liberalibus studiis *schola* *Nebemata*
effloruerunt. In Judæa summo sacer-
dote *Jonatha*, qui & *Johannes*, *legis di-*
visina *Doctores* & *scribae* erant in pre-
torio. Apud Græcos *Philosophi* *Plato*,
Xenophon, *Diogenes*, *Parmenides*,
Anaximenes Lampfacenus, *Aristip-*
pus, *Antisthenes*: *Rhetores* item, *Iso-*
crates ejusque discipuli: *Mathemati-*
ci quoque *Eudoxus Cnidius*, *Archy-*
tas Tarentinus: *Historiographi*, præ-
ter *Xenophontem*, memorantur
Hermias Methymnæus, *Duris Sa-*
mius, *Anaximenes Lampfacenus*,
Philistus Siculus, *Dionysiodorus* &
Anaxis Bæoti, quos omnes *Diodorus*
Siculus & citat, & hujus ævi condi-
disse historias indicat.

Hoc rerum statu apud Romanos sub-
actis jam Prænestinis & Latinis se-
curiores, *parva* [ut plerumque solet] *Florus* *l. 1.*
rem ingentem molundi causa interve-
nit *M. Fabii Ambusti* filiam malo ar-
bitrio, quo à proximis quique minima
anteiri vult, plebejæ domus, in qua
nupta erat, pœnituit, quod risui fo-
rori fuisset, dum honorum insuetu-
lictorem virga fores percutientem
tremis. Itaque focer cum genero *C.*
Licinio, consilia inire cœpit, de *Ma-*
gistratibus patriciorum cum plebe
communicandis. Fiunt ergo *Tribuni*
plebis *Licinii* & *L. Sextius*, decies-
que relecti, pœnicibus studiis tan-
dem rogationem perferunt, ut alte-
rum è plebe *Coss.* habere liceat. Con-
cessum vicissim, annitente *Camillo*,

patribus, de prætoro uno, qui jus in urbe diceret, è nobilitate creando: additque adiles Curules è patriciis, qui maximis ludis præessent. Primus consulatus L. Sextio, cujus lege partus erat, datus, honoris populo adfructi præmium.

ARTAXERXES OCHUS.

A.M. 3610.

Olymp. 104

Hebdom. 15

Justi. l. 10.

Diod. Sic.

l. 16. & 17.

Plutarchus

Artaxerxe

Elianus l.

2. c. 17. & l.

6. c. 8.

Curtius l. 10.

Artaxerxi Mnemoni è 360. pellicibus centum & quindecim filii fuere, sed tres tantum justo matrimonio suscepti, Darius, Ariarthes & Ochus. Darius cum L. fratribus in caput patris horrendo scelere conjuraverat, deprehensusque cum sociis, pœnas Deo majestatis paternæ ultori dederat. Conjuges quoque omnium cum liberis interierant, ne quod vestigium tantæ superesset impietatis. Hereditas imperii Persici Ocho tradita, qui ob patris laudes Artaxerxis quidem nomen assumpsit, at mores contempsit. Omnes enim Persarum reges crudelitate & sævitia superavit. Initio statim metu parisi conjurationis, cognatorum cæde, & strage principum replevit regiam, non sexus, non ætatis permotus misericordia, quasi data opera id ageret, ne innocentior fratribus parricidis haberetur.

Justin. l. 9.

Eo regnante nobis ex Europa imperium emerit, tum Persis, tum Græcis plerisque futurum exitiale. Dum enim utrique in segnitiam ac corpoream resoluti, non ut olim in justitiâ & virtutem, sed in voluptates & ganeam incumbunt, frequentius scenam & ludos, quam castra visunt & curiam, coquosque & Versificatores pluris quam consiliarios & duces faciunt, inter ipsorum otia sordidum & obscurum antea Macedonum nomen promicuit, & Philippus obsestriennio Thebis habitus, Philosophorum disciplinis, & Epaminondæ at-

que Pelopidæ eruditus virtutibus regnum Macedoniae velut jugum, Asiae Græciæque cervicibus imponendum fabricavit. Genitus erat Amynta rege, matre Eurydice, quæ ut genero regnum, sibi pellicatum filia acquireret, non exhorruit insidiis necare filios proprios, Alexandrum & Perdiccam. Tanto major scelestæ libidinis, quam materni apud eam amoris vis fuit. Exstinctis ergo fratribus, Philippo inopinanter obvenit regnum, sed tenuè admodum, & Illyriorum servituti, multorumque insuper populorum conspirationi obnoxium. Verum illas difficultates prudentia & moderatiõne sagacissimus princeps brevi discussit, excogitataque è confertis clypeis phalange & exercitis in bellum Macedonibus, regnum non modo liberum, sed fortius etiam Europæ maximum effecit, viginti quatuor annorum spatio.

Athenienses primum ad recuperandam Amphipolin, Argæo, novercâ Philippi genito, regnum quarentes, tradita Amphipoli studuit placare Pœonas & Thracas muneribus & blandimentis. Sed cum Mantias, quem Athenienses Metonæ præfecerant, in reducendo Argæo perseveraret, victor acie Philippus, etsi obfessos in colle Athenienses interficere posset, metu gravioris belli ultrò dimisit incolumes. Post hæc confirmator in dies, Illyriorum vii. millia cædit, & Macedonum civitates eorum præsidis liberat. Urbem etiam nobilissimam capit Amphipolin, & Olynthios data Pydna sibi devincit, Crenidas amplificatos de suo nomine Philippus appellat. Aurifodinas circa eam urbem, antea pertenues, operum structuris eo provehit, ut plusquam mille talenta inde fisco inferret annua.

His ille artibus Macedoniae regnum

Justin. l. 7.

Diod. l. 16.

gnum erigebat, quum contrariis, id est, focordia & timiditate *Dionysius Junior* luculentissimum *Sicilia* principatum, & adamante, ut aiebat, reuinctum solvit ac pessum dedit.

Erat ei affinis *Dion* Hipparini, quem ut superiorem ingenio, auctoritate & amore populi, quod metueret, Corinthum amandavit auditoque eum in Peloponneso manū comparare, qua sibi bellum faceret, *Areten* ejus conjugem, suæque uxoris germanam, alit nuptum dedit, filiumque ipsius indulgendo turpissimis imbutit cupiditatibus; à quibus cum postmodum vi deduceretur, se de superiore adium parte dejecit, misereque interiit. Hisce injuriis irritatus *Dion*, nec tam suis fretus copiis, quam odio tyranni, maximo animo, duabus onerariis navibus, L anno rum imperium, munitum quingentis longis navibus, decem equitum, centumque peditum millibus profectus oppugnatum [quod omnibus gentibus admirabile videbatur] adeo facile perculit, ut post diem tertium, quam *Siciliam* attigerat, *Syracusas* introierit.

Ex quo intelligi potest nullum esse dominium tutum, nisi munitum benevolentia. Aberat eo tempore *Dionysius* apud oppida in *Adria* condita, ratus neminem ad se sine magnis copiis venturum. Quæ res eum opinioque sefellit. Nam *Dion* his ipsis quæ sub adversarii fuerant potestate, regio spiritus repressit, acieque victum amovit dominio, postea quoque, se absente, *Syracusas* jam recuperatas de prædantem, celerissimo superventu exturbavit iterum, & Dictator creatus omni eum *Sicilia* exiit. Tam improvisam *Dionis* prosperitatem subita excepit commutatio, solita fortuna mobilitate, quæ quem repente extulit, demergere solet velle. Orta snim inter *Dionem* & *Heraclidem*,

periculorum antea socium, & classis præfectum dissensione, cum declarasset *Dion*; haud bene Remp. multorum imperiis geri, cumque offensum ea oratione *Heraclidem* occidisset, mox etiam in adversariorum involaret bona, vulgus, à quo paulo ante in cœlum elatus erat laudibus, non ferendum tyrannum caput dicitare. Ille insuetus male audiendi, ut in magno se periculo esse intellexit, *Calippi* [Nepos *Callicratidem* nominat] amici sui callidissima proditione subversus est. Persuaserat is, simulandam esse ab familiarium aliquo *Dionis* inimicitiam, ut sic apertis hominum animis diversa sentientes è medio tollerentur. Ejus consilii executionem, qui dederat, suscepit, simulataque conjuratione, verissimos *Dionis* inimicos clam sibi conciliat, iisdemque aggregatus amicum sibi firmiter fidentem trucidat, quarto post anno, quam *Corintho* in *Siciliam* redierat. Mox interfecti *Dionis* ex odio miseratio incescit populum, quemque necatum optaverant suo sanguine ab *Acheronte* redemptum cupierunt; Sed frustra. *Calippus* heri interfector invastum dominatum, eoque vicissim, vertente anno ab *Hipparino* *Dionis* fratre excussus est. Inde cum seditionibus ageretur *Sicilia*, *Dionysius* sexennio libidinosè & crudeliter apud *Locrenses* exacto, ad modicum tempus *Syracusas* recuperavit, iterumque ab *Iceræ* factione expulsum est, Olympiade cix.

Simili quadam vulgi Atheniensis levitate, *Chares* dux lectus adversus *Chios* & *Byzantios*, criminando *Timotheo* alios obtinuit, ut *Iphicrates* & *Ti- & Iphicrates* *motheus*, qui res magnas gesserant, centum talentis damnarentur, & potestate egregie administrata exciderent; quoniam præceps imperiti hominis consilium de invadendo *By-*

Diod. l. 16.
Nepos &
Plutarchus
Dione.
Justin l. 27.
Georg. gem.
E. d. v. v. v.
lib. 1.

Plut. in
Dione.

Justin. l. 27.

ductis Corinthi navibus Cretam petit, ubi in Cydonii oppidi oppugnatione occiditur, milites impii & prædones dum terram & mare quaestui habent, variis absumuntur cladibus; mulieres sacro auro ornatae, aut pudicitiae aut valetudinis iacturam fecisse feruntur. Quamquam enim ficti Dii erant, quos cultores sui violaverant, tamen quia ipsis Dii erant, impietatem extremam supplicii vindicavit Deus, ne nullum esse numen stulta mortalium iactaret superbia. Sed quales Dii, tales cultores eorum. Thebani vindices visi sacrilegii, dum non advertunt omnibus perire, quod singula civitates perderent, se pariter ac Phocenses obvios fecere Macedonum servituti. Philippus enim velut è specula libertati omnium insidiatus, inferioribus auxilium ferendo contentiones aluit Græcorum, victosque juxta ac victores suæ reddidit obnoxios potestati. Primum Deorum vindex habitus, mox contemptor maximus, fœdera non fide, sed utilitate colere manifestus; in seria & jocos artifex, blandus pariter & insidiosus alloquio, promissis dives, gratiam fingere suetus in odio, juris jurandi negligentissimus, si quaestui foret dejerare, auro doctus expugnare cum castellismunitissimis ipsa pectora mortalium. Unde nullum in-

Justin. l. 10.

expugnabile dicitabat, in quod asinus auto onustus posset penetrare. Hac fide regulos Thraciæ, à quibus dirimendis controversiis arbiter captus fuerat, improvisos oppressit, & regno spoliavit ambos.

Plut. in Regum apoph.

Livius l. 7.

Per hæc succumbente paulatim Græcia, Romana se respublica erexit, prisca Græcorum studia æmulando & virtutes. A ludis quidem scenicis, quos tum primum Roma inter cælestis iræ placamina recepit, nullum sensit grassantis pestilentiae levamen quin etiam medios ludos Tiberis

Circo superfusus interrupit. At vero L. Manlius Dictator creatus, ut pestilentiam clavo defigeret, bellum maluit quam religionem agere, delectuque imperiosius habito, à M. Pomponio Trib. Plebis violatæ accensus est libertatis. Eum cum prope damnationem esset, filius ob tarditatem ingenii ruri degens incivili quadam pietate periculo subtraxit. Nam Tribunum summo mane in lecto cubantem adortus, intentata nece jurare compulit se patris ejus accusandi causa consilium plebis nunquam habiturum. Mox rusticæ pietati successit superstitiosa. Marcus Curtius in voraginem, medio foro apertam, cum equo se immisit armatus, ut Romanos juvenum virtute & audacia maxime pollere ostenderet. Prudentius idem T. Manlius bello docuit Gallico. Nam quum procerò corpore provocatorem duello aggressus prostravisset, ablato jacentis torque aureo, Torquati sibi nomen peperit & posteris.

Val. Max. l. 5. cap. 3. Val. Max. l. 5. cap. 6.

A. M. 361. Livius Gelius l. 9. c. 13. de Claudii Quad. l. 1. Annalium.

Crebra exinde Romanis cum Gallis, Tiburtibus, Hernicis & Præternatibus prælia, & prospera pleraque memotantur. Quæ dum fiunt, C. Petilius legem de ambitu frenandæ ambitioni, Duellius & Menenius avaritiam de scenore, reprimendæ avaritiæ tulerunt. Licinius Stolo suapte lege damnatus est, quod agrorum mille jugera possideret. Hinc quadringentesimo anno, quam urbs Romana erat condita, quinto & tricesimo, quam à Gallis recepta, ablato post nonum annum à plebe consultatu [cum paulo ante C. Martius Rutilius primus dictator de plebe fuisset] ambo patricii Cos. Sulpitius & Valerius magistratum iniere, fremente nequicquam nescio libertate uti populo.

Livius l. 7.

Dum ita Græci inter se de jure Amphictyonum, Romani de communi-

Olymp. 107.

Diod. l. 16.

municandis ex lege Licinia honoribus contendunt, Artaxerxes Ochus Phœnices & Egyptios, qui pridem defecerant, ad obedientiam sceptri Perfici statuit reducere. Nectanebus enim Egyptius, defuncto parente Tacho, regnum iterum tenebat, misasque ab Ocho copias, ductu Diophanti Atheniensis & Lamia Spartani, profligarat strenue, cœperantque in contemptu esse apud Egyptios, Phœnices & Cyprios, opes Persarum, quod mollitie ac voluptatibus diffuerent. Quare excitus velut è somno Ochus, non jam per duces alios, sed per seipsum decreverat bellare, collectisque peditum trecentis, equitum triginta millibus, triremibus trecentis, quingentis onerariis, primum in Phœnices vertit impetum. Sidon urbs opulentissima, à Tenni rege, & Mentore mercenariorum duce prodita, in potestate Ochi venit: cives desperata salute, quod supplices Ochus jaculis confixisset, cum liberis, & uxoribus semetipfos, ad motis ædibus flammis, incendunt, quorum numerus excrevisse ad XL. scribitur. Locum incendiis vastatum ob spem prædæ, Rex multis talentis vendidit, reliqua Phœnicia deditio- nem facere coacta. Eam eadem Propheta Aeterni Numinis multo ante prædixerant, sicut & Judæis ipsis, in Egyptum profugis vastitatem & gladium, quorum reliquiis Ochus subacta etiam Egypto, in Mediam fertur transfulisse. Nam recepta per Evagoram & Phocionem duces Cypro, in Egyptum movens, per Locratem Thebanum expugnavit Pelusium, Bubastum Mentoris opera ad deditio- nem perpulit. Rex Nectanebus deserta Memphi refugit in Æthiopia. Quo pacto potius universa Egypto Ochus insigniorum urbium muros dejecit, in Deos ædesque sacras similiter, ut quondam Camby-

ses, saxiit, occidit Apin direptisque fanorum opibus immensam auri & argenti vim corrasit. Ablatae sunt tabulae etiam antiquissimæ, rerum gestarum indices, quas sacerdotes Egyptii à Bagoa postmodum ingenti pecunia redemere. Hic enim, juncto cum Mentore arctissimæ amicitia fœdere omnia deinceps imperii munia, præter nomen regium, suam in potestatem redegit, Judæorum, quoque genti, ob fratricidium à Johanne summo sacerdote admissum, quotidianum 50. drachmarum tributum irrogavit per integrum septennium, templumque ipsum confidenter ingressus, mundiorum se asseruit cruento sacerdote, cui ista paterent adyta.

Joseph. l. 11. c. 10. *ἀρχαῖος*

Cum ergo in Egypto esset & Pa- læstina debellatum, Philippus Micy bernam & Toronem in Helleponto, & Olynthum in Thracia, auro an ferro expugnatas capit, frustra obstante Demosthenis eloquentia. Proditores enim nec ratio, nec oratio in officio continebat. Mare interim infestum habebant Tyranni Siciliae, & Phocenses cum iis exules: Eorum aliquos ad Tiberis ostia applicuisse narrat Livius, & cum terrestribus [hi Galli erant] maritimis conflixisse, prædones, Marte ambiguo. In illos Romani, à Latinis tunc deserti sociis, ex urbana simul & agresti juventute decem legiones scribunt, quaternum millium & ducentorum peditum, equitumque trecentorum, singulas. Tantam jam tum vim mireris in illa fuisse Republica. Octo harum legionum L. Furius Camillus Cos. in Gallos ducit, & populationibus eos prohibet. Oppositis sibi invicem castris, M. Valerius Gallum Romanos provocantem, auxilio ad- volantis corvi duello sternit, & Corvini hinc nomen adipiscitur: Camillus Gallos in fugam agit, Græcosque litto-

Zachar. 9. Jer. 44. Euf. Chron.

Diod. Bib. lib. 16. Gemistus E. Musimov lib. 3.

Justin. l. 21.

littoribus arcet. Quâ Romanorum fortitudine moti Carthaginenses; qui ab Hannonis se insidiis nuperime vindicaverant, per Legatos fœdus cum eis amicitiamque jungunt, haud dubiè sperantes, adversus Græcos Sicilienses Quiritium societatem profuturam. Dionysius enim Syracusanus iterum pulsus ab Iceta principe, in arce jam obsidebatur, non sine Carthaginensium auxiliis. In hos Justin. l. 21. ergo petitus Siculis Timoleon Imperator, depulsa patriæ tyrannide inclytus, qui advectus Corintho incredibili felicitate tres simul hostes devicit. Delusus enim obtentu pacis Afris, ac mox per auxilia Corinthiorum Catanæorumque deterritis, Agradinâ Icetam, arce expulit Dionysium, potentissimumque ante tyrannum ad Corinthios ablegavit, ludibrium fortunæ Græcis popularibus suis ostensurum. Inde ob commectus inopiam illatus in fines ditionis Punicæ, offendit Carthaginenses, eorumque maximas copias (LXX. pedum & equitum millia prœdit Diodorus) attraxit in Siciliam. Sed & has pari successu apud Crinissum fl. vincit, X millia occidit, capit XXV. M. Carthaginis in Sicilia imperium angustis Lyci fl. sinibus circumscribit, Græcisque ibi omnibus libertati, qua tot annis caruerant, restituit, immortalis gloria floruit. Syracusæ colonorum XL. M. è Græcia, aliæ urbes similiter novorum accessione civium auctæ, legibus firmatæ, arcibus & propugnaculis tyrannorum nudatæ sunt. Tantis vir Timoleon, nihil suum, omnia divini esse munis dictabat, Magistratus Jovis Amphipolos, i.e. famulos, jubens appellari, dignæ equidem virtutes, quas plurimi populorum rectores medullitus æmulentur.

Dispar huic ingenio Ochus, tristi occubuit fato. Bagoas eum Eunuchus

& militum præfectus, dato per Me-
dicum veneno, rebus humanis ex-
mit, cadaver felibus objecit devoran-
dum, ex ossibus manubria curavit,
fieri, supposito interim, qui pro ipso
regiis sepulchris inferretur. Talem
sævitia Ochi finem habuit, exercita
annis XXIII. additis funeri ejus om-
nibus filiis, dempto, qui erat mi-
nimus, Arse, cui nomen regium cir-
cumdatum, potestate Bagoæ servata.

ARSES autem hic meditatæ jam
tionis manifestus, tertio imperii an-
no ejusdem parricidæ scelere interi-
it, & crudelitatem exhaustis crudeli-
tas, vergente jam ad interitum Per-
sarum Monarchia, finemque suum,
ut fieri assolet, in rectorum vitiis
præmonstrante.

Jam enim Philippus Asiæ imperi-
um improba spe complexus, vicam
Græciam in Persas armare festina-
bat. Ideo rex regnandi inexplabilis,
nec à proximis abstinuit manum. Si-
quidem defuncto Arriba Epiri rege,
uxoris suæ vitrico, transfudit in Ale-
xandrum fratrem Olympiadis sce-
ptrum, depulso Aecida Arribæ filio,
legitimo regni hærede. Inde Metho-
nam, faventem Thracibus & Athe-
nienibus, bello capit, amisso in op-
pugnatione oculo, semperque major-
rum appetens, Perinthum & Byzan-
tium, ob portas sibi clausas, diutur-
na obsidione fatigavit, pecuniæ in-
terim & annonæ copiam de piratica
mutuatus. Eam obsidionem ut sol-
veret, fecerunt Ochi & Athenien-
sium auxilia, qui Perinthios omni-
bus modis adversus insurgentem
Philippi potentiam tuebantur. Mox
accessit Athæ Scytharum animosi-
tas regis, qui cum in subsidium vo-
casset Philippum adversus Istriano-
rum dynastam, defunctus eo pericu-
lo per inopinatam mortem adversa-
rii, auxiliatori mercedem perenti,
respondit, non opibus censeri Scythas,

sed

Diod. l. 16.
Nepos &
Plutarchus
Timoleon
Justin. l. 21.
Olymp. 110.

Gemist. l. 1.

Plutarchus
& C. Nepos
in Timol.

Diod. Sic.
lib. 17.

Var. hist. l. 6. c. 8.

Diod. l. 15.

ARSES.
A. M. 3632.

Justin. l. 7. & 8.
Diod. l. 16.

Olymp. 109.
& 110.
Gemist. l. 2.
rer. Græc.

Justin. l. 9.

sed virtute animi & Corporis duritie.
 Quibus derisus Philippus Byzantio discedit, depradatusque Scythiam, multa hominum & jumentorum millia, in Macedoniam abripit secum: sed revertenti occurrerunt Triballi, portionem prædæ postulantes, negantemque prælio excipiunt, in quo ita vulneratus est Philippus, ut per femur ejus equus interficeretur: cumque omnes occisum putarent, perturbato exercitu, præda amissa est.

Diod. l. 16.

Rex ubi ex vulnere primum convalluit, diu dissimulatum bellum Atheniensibus infert, quorum se causæ Thebani à Demosthene persuasi, adjungunt, communem docti hostem communibus viribus summo- vendum. Prælio commisso ad Chæroneam, Athenienses haud sustinentes induratum bellis Macedonum virtutem, magna vincuntur clade universæque gloria dominationis & vetusta libertas Græciæ concidit. Ex hac victoria insultantem Græcis Philippum, fregit orator Demades licet *Var. Hist. c.* captivus. Cum, inquit, *Agamemnonis 15. Genesist.* tibi personam fortuna tribuerit, quid factis Therstien refers? Qua oratione confuso Regi suppressa deinde hujus læticia est, conducto etiam puero, qui subinde in clamaret, hominem esse Philippum. *Lysclen* Atheniensium duceem, ob male gestam rempubl. acerbissima Lycurgi oratoris accusatio in exitum egit miserandum. Philippus per filium Alexandrum, cui multum de victoria debebat, Athenienses sibi fecit amicos, Thebanos durissime habuit, interfectisque civitatis principibus CCC. eis exules rectores imposuit. Funestum dixeris illum Græcis diem, quo Athenienses & Thebani à Philippo, Spartani in Italia, dum Tarentinis opem ferunt, à Lucanis devicti sunt prælio, regeq; etiam Archidamo spoliati. Latum

Olymp. 110. anno 3. Elian. l. 8. Var. Hist. c. 15. Genesist. lib. 2.

contra Romanis annum, quibus cum Campani à Samnitibus victi se dederent, acerrimis Samnites præliis, prostrati, succubuerunt. Alter tantum Consul Valerius 170. signis militariibus, XL. scutorum millibus positus esse legitur, tanta victorum læticia, ut Romani milites Capuanis inescati delinitique deliciis, agrè in Latio retinerentur, Capuam patriæ urbi licentius præferentes.

At *Philippi* felicitatem funestus *Justin. l. 9. Diod. l. 16.* obscuravit exitus. Jam Corinthi convocatis omnium civitatum legatis, Græciæ ducatum induerat, ducenta ei peditum, quindecim equitum destinabantur millia, quibus bellum faceret Persis: Jam Attalum & Parmenionem in Asiæ præmiserat, cum inter ipsos genialium nuptiarum apparatus, improvisa morte concidit. De consiliorum successu roganti responderat Pythia. *Servus gerit taurus, jamq; astat, qui immolet illum.* Quod ipse quidem de Persarum Rege interpretatus, suo prope exito in se non minus quam in illum ostendit esse dictum. Ita enim ludibrio habere percunctatores Apollo pridem sueverat, vere Apollyon, id est, perditor dictus Johanni: Nam eodem *Apoc. 7. 17. Diod. l. 16.* anno & Persarum rex Artes, & Philippus ei insidiatus, utrique alienis insidiis periére; Artes Bagoæ, Philippus Pausaniæ stipitoris sui. Hunc quod flagitiosas Attali injurias, qui stupro adolescentem objecerat, haud pro rege punisset, infestum sibi Philippus reddiderat. Quare occasionem speculatus juvenis, Philippum ad spectacula euntem, quæ Alexandri Epirotæ & Cleopatæ filia nuptiis adornaverat, præcedente inter duodecim Deos regio simulacro, bovis instar mactat, & diis se annuerantem, nimium esse hominem demonstrat, diemque læticiæ dictum, factum luctu funeris facit, non invita,

ut ajunt, Olympiade regina, quam Philippus, ducta Attali sorore, matrimonio injuste depulerat. Pausanias hic olim militi ingrato, hospitis sui, à quo refectus post naufragium fuerat, Villam exoranti, jussu Philippi stigmata inusserat, *ingratum Hospitem* testantia.

Senec. 4. de benef. c. 37. runt ingenia omni aëre memoranda.
Calius Rhodig. lect. Antiq. l. 7. c. 28. Euseb. in Chron. c. 3. Diogen. Laert. l. 5. Diod. l. 16. Suidas. Speusippus Platonis in Academia successor, Aristoteles Platonem præceptorem acumine mentis transgressus, tanti habitus Philippo, ut gauderet natum sibi filium eo tempore, quo tanti informatoris copia esset: ac proinde Alexandro præceptor datus. Diogenes item Cynicus, Menedemus Eretrienfis. Et illis cœvi oratores Demosthenes, Æschines, Demades, Pytho, Lycurgus: *Historiographi*, Ephorus Cumanus, Demophilus ejus filius, Callisthenes & Diyllus Athenienses, Theopompus Chius, Heracides Ponticus, Manetho Ægyptius, Palæphatus Abydenus.

DARIUS CODOMANNUS.

Occiso Arse, Bagoas de populi sententia *Codomannum* Armeniæ satrapam, Ochi patrelem, produxit ad regnum, qui *Darii* nomine, ne quid regiæ Majestati deesset, honoratus est. Paulò post suetis Bagoræ insidiis petitus, venenum sibi paratum in viscera convertit insidiatoris, suamque & antecessorum injuriam in regicidæ capite ultro est. Hinc de bello in Macedoniam proferendo consilia agitans, audito interiisse Philippum, contempsit Alexandri adolescentiam: Quæ res ipsi & Persis exitio fuit.

Alexander viginti annorum adolescentens, animo supra hominem elatus, vix Philippi filius censebatur. Etenim matrem ejus, tanquam stupri

compertam, repudio dimiserat Philippus, & Cleopatram Attali sororem duxerat Alexander major deinde Patre & vitiis & virtutibus factus, delususque fortunæ blanditiis, probrum vertit in gloriam, ac Jovem pro Philippo genitorem voluit credi suum. Quam turbidum, acceperat imperium Macedoniæ, tam amplum reddidit. Principio erectis colloquio subditorum annis, citato gradu in *Graciam* contendit, quæ Attali subnixâ autoritate defectionem agitabat, & Thesalos ante omnia sibi devinxit, & senatum Amphictyonum, à quibus dux renunciatus Græciæ, Athenienses subito adventu adeo perterruit, ut missis legatis pacem precarentur. Eis mox reliqua consensit Græcia. Inde Illyrios, Thracas, Triballos, Dardanos facili composuit, orientesq; nonnullas seditiones extinxit; Attalum interim, novercæ suæ fratrem per Hecatæum & Parmenionem oppressit in Asia. Obstant Thebani, ex veteri in Persas affectu, obstinatius Alexandro obstantes. Iis acri prælio prostratis, in urbem irrupit, Thebas, Tyriorum coloniam antiquissimam, excidit, agros civitatis victoribus assignat, Captivorum xxx. M. sub corona vendit, cujus tamen crudelitatis sæpe eum poenituit postea. Athenienses, quod portas aperuissent exulum refugiis, sic demum recipit in gratiam, si Duces in exilium agerent. Demosthenes reliquique Oratores & *Plut. in Alexandro & Phocione.* thi deinde Græciæ Imperator declaratus, cum Diogenem Sinopensem, *Cic. V. Thusc.* Cynicum ex impudentia dictum, ad se accersivisset, repulsa tulit, testante Philosopho nihil se Alexandri indigere, si quid sui indigeret, ad se veniret. Quo Rex inspecto, cognitaque ejus rerum humanarum derisione, dixisse fertur ad amicos: *Ego nisi*

Diod. Sic. l. 17. Just. l. 11. Plut. in Alexand.

Alexander jam esset, Diogenes se-
rem.

Justin. l. 11. Sed mox ejus flagrantissima imperandi cupiditas enituit. Posthabito enim, quod amici prius incundum f uadebant, matrimonio, nullam expeditioni Persicæ moram interposuit: omnes novercæ cognatos suosque, qui apti regno videbantur, sustulit è medio, ne quam domi materiam seditionis relinqueret. Patrimonium interim omne divisit amicis, sibi spem præfatus sufficere solam. Hoc modo parta sibi benevolentia, in Asiam quasi jam suam descendisse visus est, dum milites præde inhiantes à populatione prohibet, non perdenda asserens, quæ possessuri venerint. In exercitu ejus fuere perditum xxxiiii. equitum quatuor millia, naves CLXXXII. Hac parva quidem sed strenua manu terrarum orbem aggredi ausus juvenis. Non enim tam milites, quam militiæ magistrum elegerat, cum ordines nemo nisi sexagenarius duceret, & principia castrorum ejus intuens, senatum te diceres prisicæ alicujus videre Reipublicæ.

Contra *Darius* fiducia virium, nihil astu agere, cum prohibere ingressu potuisset Asiæ, intra regni viscera excipere hostem: Memnonis etiam Rhodii de invadenda Macedonia consilium fastidire, quo haud difficulter ad patriam defendendam, revocari Alexander potuisset. Sed ut solet occidere animos Deus, cum vim suam ingruentem refringi non vult, vicit deterior Satraparum sententia, præliumque ad Granicum amnem (qui Troadem à Propontide disternat) commissum est. In eo Alexander *Spithrobatem* Darii generum, qui jam scutum ejus perfrerat, retorta in frontem irruentis cuspide, occidit. Accurrit frater jacen-

tis *Rafaces*, & vulnus infligit Alexandro, sed repetiturus ictum, à Clyto truncatur dextra. Mox & alii Persarum duces generose dimicando occumbunt, inter quos *Pharnaces* uxoris Darii germanus & *Mithrobarzanes* Cappadocum Satrapa, quorum nece exterriti Persæ in fugam vertuntur, Macedones tergis insistentes viginti duo millia sternunt, totidem fere vivos capiunt. Macedonum ferè quingenti oppetierant, quibus magnificè curavit exequias Alexander, *gnarus & funeris honore ad virtutem accendi militem solere.* Post victoriam *Mithrinnes*, *Sardium* præfectus, seque & Provinciam dedit. Expugnata quoque *Miletus*. *Cares* benevolentia, & indigenæ magistratus restitutione alleciti, Græci per Asiam sola libertatis fama subacti sunt. At *Halicarnassum* *Memnon* & *Ephialtes* Atheniensis masculè tubantur erumpentesque & extrema veteranorum fortitudine repulsi, non desicbant animis. Tandem verò pertinacia victi, Macedonum, diffugiunt. Mox tota littoralis Asia usque ad *Ciliciam* in potestatem venit victorum. Et Alexander nodum *Gordium* gladio difficans, violenter insultabat oraculo, quo dissoluti ejus Asiæ imperium promittebatur. Præ aliis *Marmarensium* atrox memoratur generositas, qui incendi cum patria maluerit, quam pacem amplecti Macedonum. Itaque juniores subdito laribus igni, per noctem evadunt, imbellis turba omnis cremata. Ibi dum Alexandrum in *Cilicia* morbus attinet, tertio belli anno, *Memnon*, *Chio*, *Lesbo*, aliisque insulis expugnatis, jam in *Græciam* transitum parabat, cum valetudine consumtus decedit, ac res Darii suo hæcenus impromissis sustentatas consilio, morte ad perniciem inclinat. Pro eo *Charideus* Atheniensibus duces se offert,

Justin. l. 11.

Diod. Sic.
l. 17.

Diod. l. 17.
Plut. Alexandro.
quo

quo ob libertiorem Persica gentis reprehensionem interemto, Darius non tam copiarum, quam ducum indigus, procurandum sibi ipsi sumit bellum; idque *magis imperio, quam prudenti ex consilio gerit*. Contractis peditum quadringentis, centum equitum millibus, versus Ciliciam agmina movet, cuius fauces Parmenio jam preoccupaverat. In istis angustiis altera congressio coortigit, ubi nulla multitudinis, qua sola Persa nitebantur, utilitas militabat. *Maxima tamen circa Darium, Alexandro oppugnante, strages facta. Confossis Darii equis, cum in mutatione quadrigæ metus eum incessisset, perturbatio omnem pervasit exercitum, atque in fugam equites mutuo se allisu confertim obrivère.* Alexander, quanquam femore saucius, acriter inhsit fugientibus, victoque equitatu, pedites haud diu impetum sustinere. Fit ubique fuga & cades, tanta certè, ut de numero caesorum scriptores ipsi dissentiant. Justinus caesa unum & sexaginta peditum, decem equitum millia: Diodorus, Plutarchus, Curtius ferè duplo plures produnt. Capti XLM. Alexandro vix ducentis militibus tanta victoria stetit. In castris Persarum multum auri cæterarumque opum inventum: Inter captivos Darii uxor, filiaque duæ nobiles, filiusque sexennis fuere. Iis ad genua sua provolutis, & metum mortis dempsit Alexander, & regium cultum reddidit, virginibus haud fordidius patris dignitate matrimonium pollicitus. *Orientem enim fortunam moderatè tulit. & prudenter: sed ad ultimum ejus magnitudinem non cepit.* Neque verò tunc Barfines captivæ (Memnonis ea uxor fuerat) amori imperare potuit, quamquam caste regieque haberet uxorem Darii & filias, *oculorum eas esse cruciatus profusus.* Hinc in Syriam cogitans, Parme-

nionem præmittit ad occupandam classem, & gazam Persicam: Amphoterum & Epilochum ad insulas inter Achajam & Asiam subigendas. Utrobique eadem fortuna fuit. Damaſcenus Satrapa cum magno auri pondere, feminisque Persarum nobilissimis, in potestatem venit victorum. Subsequitur Alexander, multosque Orientis reges eum infulis obvios reperit, quibus in ditionem acceptis, Sidonem & Aradam insulam capit, Regno Sidonis Abdolominum, regie quidem stirpis hominem, sed hortulanum præcicit: *Repentina fortune mutatio somnio similis visa.* Sed quæ huic data erat à deo potestas, Amyntas Macedo spontè sumptu brevi perdidit. Ab Alexandro enim ad Darium, à Dario acie victo ad Ægyptios transfugerat. Gentem vanam, novandisque rebus quam gerendis aptiorem, in partes pellegerat. Pelusium capit, præsidia Persarum delet, regnum sibi Ægypti somniat. Sed paulo post ad Memphin à Mazete Satrapa victus, utriusque Regi morte pudenda pœnas perfidiae pependit.

Alexandri interea impetum Tyrii morabantur, Corona aurea donatum intra urbem suam recipere abnuebant, fretique societate Carthaginis & opibus Darii minas Macedonum, aspernabantur. Exercitu insulae applicato, cum fortitudini artes urbanas miscerent, in septimum mensem obsidionem extrahunt, ingenti cum damno Macedonum. Oppugnantibus Cyprii qui à Dario defecerant, classem mittunt, terra marique bellum acerrimum geritur, e mole in freto excitata pulsantur mœnia, manibus militum jam continenti juncta. Ty-

Curt. l. 3.
Olymp. 112.
Diod. l. 17.

Curt. l. 3.

Diod. Sic.

l. 17.

Just. l. 11.

Diod. l. 17.

Curt. l. 3.

Arian. l. 2.

Plut. Alex.

In Alexandro Plut.

captivum numen in urbe retenturi. Sic Tyro assidentem Alexandrum adit *Sanaballates* quem nuper Darius Samariæ præfecerat, deditaque gente sua, novas religiones novumque genero Manassi sacerdotium petit. Erat Manasses ob illicitas nuptias sacerdotio motus à Judæis, ideoque æmulatione Jaddi fratris accensus; deprecante socero, Templum in monte Garizimo, Hierosolymitano simile, obtinet, in quo Samaritæ Deum cæperunt venerari, implacabili Judæorum odio, qui id contra patrias leges, in gentis suæ dedecus fieri, rectissime contendebant. Inter hæc expugnatur *Tyrus*, trucidatisque armatis, quod reliquum erat habitatorum venditur, juvenum duo millia crucibus suffixi. Hinc ac *Gazam* itur, quam Betis Dario defendebat. Ibi acceptis duobus vulneribus, multoque sanguine & hausto & dato, victor tandem Alexander, temporaria Græcorum legatione honoratur, primumque è Macedonia supplementum poscit. A Gaza infestus *Jerosolymam* tendit, quod Jaddus Pontifex Tyrum, obsidenti obsequium negasset, fidem Dario juratam obtendens. At Judæis Deo suo supplicantibus, jubetur in somnis Pontifex portas Alexandro aperire, obviiisque Macedones infulis excipere. Igitur progressus in occursum sacerdotali habitu, æ deo percussit Alexandri animum, ut nomen Dei Cidari inscriptum, venerabundus adoraret, professus eum hæc specie in somnis sibi oblatum in Macedonia, Asiæ imperium promittentem. In hanc rem confirmatus è divinis monumentis, quibus Daniel diferte Persarum regnum à Græcorum principe evertendum vaticinatur, maxima Deo vero sacrificia fecit, ac Judæos suis permisit legibus.

Cæterum Persis *arcana regum mira fide celantibus, nec quicquam magna*

rei credentibus illi, cui tacere grave sit, incertus Alexander, quam regionem Darius petiisset, Ægyptum ingredi statuit. Ea sine certamine recepta (dudum enim Persas oderant) adeo intolerabilis increvit animo tumor, ut delusus ab Hammonis Jovis sacerdote, Dei se filium ferret. Reversus, condita ex suo nomine *Alexandria*, coloniam Macedonum caput Ægypto imposuit. Diodori avo ccc. ingenuorum milliaalentem. Hæc gerentem Alexandrum Darius epi-
Curt. l. 4.
Diod. l. 17.

stolis tentat, primo captivorum redemptionem precatus, inde nuptias filia omnemque intra Halym Asiam offert, & auri ingens pondus. Sed Alexander sua sibi dari rescripsit, exprobrans in super emtos in caput suum percussores, ac proinde supplicii veniendum, regnique arbitria permittenda victori. Tum spe pacis abjecta, bellum Darius haud legniter reparat, duplicatisque, quas habuerat, copiis obviam Alexandro vadit, haud singulos habenti, quos denis armatis opponeret, nisi quod Dario *hominum*, Alexandro *virorum* esset copia. Transiit *Tigris* Macedonibus, ubi festinatis itineribus, animique ægritudine fatigata Darii uxor decedit. Funeri ejus honor, patrio Persarum more, servatus est. Ibi Darius tertio petit pacem, omnesque intra Hellepontum & Euphratem terras offert, & pro captivis XXX. Talentorum M. Responsum à Macedone, habiturum pacem, si de arbitrio victoris imperium veller. Nam *nec duos calum soles, nec duo summa imperia terram pati.* Quare desperata transactione, in *Ninives* campis prope Arbela concurritur. Plutarchus Gaugamela prodit, ad Lycum
Just. l. 11.
Curt. l. 4.

flumen sita. Macedones in ferrum cum contemptu toties à se victi hostis ruunt: Contra Persæ mori quam vinci præoptant. Rarò ullo prælio tan-

Joseph. l. 11.
Antiq. c. 4.
ali.

Curt. l. 4.

Joseph. l. 11.

Curtius l. 4
& 6.

tum cultu Darium ad matrem Sisygambim; patrio more sepeliendum atque majorum suorum tumulo inferendum misit. Is *finis Darii*, is Persarum imperii fuit, cum à primo Cyri initio (quemadmodum rectè Curtius, Africanus, aliique scriptores norant) annos stetit 230. consumptum Olymp. 112. anno. 3. Darii septimo.

Diod. l. 17.
Just. l. 12.
Curtius l. 6.

Dum hæc fiunt per Asiam, in Europa Lacedæmonii, duce Agide, Cretam vastant, & occasione arrepta è Thracum rebellionem, plurimos Græcorum in societatem belli adversus Alexandrum perducunt, rati obviam eundem servituti, quam domitis Persis duriozem ipsi essent subituri. Sed Antipatro Macedoniæ prorege reliquos Græcorum armante, Peloponnesii victi sunt, funesto sanè & ancipiti prælio, quo Lacedæmoniorum ultra V. M. Macedonum tria M. & quingenti cecidèrè. Curtius hæud amplius CCC. prodit, addens tamen, vix quenquam nisi faucium in castra revertisse. Rex ipse Agis animosissime pugnans *felicitate sola inferior* Alexandro; *virtute nequaquam* fuit. Similiter Alexander Epiri Rex, Magni avunculus, in Italiam à Tarentinis adversus Brutios (hi prædones temet è servis & pastoribus pridem fecerant) sollicitatus, ita cupidè pro-

fectus est, veluti in divisione orbis sororis suæ filio Oriens, sibi Occidens fortè obtigisset, nec minore materiam in Italia, Africa, Siciliaque quam ille in Asia & Persis, esset habiturus. Primum illi bellum cum Appulis fuit, mox tamen pace finitum, Appulis Brundisium, ab Ætolis quondam, Diomede duce conditum, retinentibus. Inde Brutorum Lucanorumque multas urbes cepit, cum Metapontinis percussit *Lib. l. 8.* fœdus, itemque cum Romanis, qui paulò ante Latinos rebellantes crebris præliis subegerant, Antiatis eripuerant naves, è quorum rostris suggestum exornatum, nomen sibi Rostra servavit. Bello Latino T. Manlius filium, qui contra edictum pugnavisset, victoria licet potitum, occidit. Decius Cos. pro exercitu se patriaque devotum, obicit hostibus. Sed Brutii Lucanique, cum auxilia à finitimis contraxissent, acrius repetito bello, *Alexandrum* juxta urbem Pandosiam & fl. Acherontem *oppressere.* Corpus ejus à Thuriis redemptum publice est, & sepulture traditum.

Sopyrion quoq; Ponto ab Alexandro præpositus, dum adunato xxx. milium exercitu Seythis bellum facit, cæsus ab iis cū copiis temerariè iniquitatis pœnas innoxie genti luit.

A. M. 3636.

IMPERIUM GRÆCORUM.

ALEXANDER MAGNUS.

Curt. l. 6.
Diod. l. 17.
Just. l. 12.
Arrian. l. 4.

Extincto Dario, *Alexander* XXVII. annorum juvenis, jam sine æmulo, potissimarum Asiae & Europæ partium, Egyptique & Cyrenes Dominus, quod reliquum vitæ habuit, in perpetuis ferè expeditionibus consumpsit. Primus in *Bessum* imperus fuit qui Bactrianorum se regem ferebat, qui populus tertiam videbatur Asiatici im-

perii partem efficere, & Darius eò cum XXX. militum millibus contenderat. Quæ causa, ut Alexander oratione & muneribus de integro incitato exercitu, jam patriam respectante, in Hyrcaniam & Mardos moveret. Prope Caspium mare Artabazus & Phratapheræes, ad extrema Dario fidissimi, se dedunt Alexandro. Cum iis & Græci, qui Dario militaverant

Strabo. l. 11
Geog.

verant. Dum Mardos sylvestrem gentem subigit, Nabarzanes quoque in fidem acceptus est. Finitimam tradunt multi (sunt enim qui fabulam esse autumant) Hyrcaniz Amazonum gentem, ejusque Reginam Thalestrin intra Caucaſum montem & Phasin amnem imperitaſſe. Hanc cupidine viſendi regis accenſam, haud dubitaſſe fateri, ad communicandos cum eo liberos ſe veniſſe, dignam ex qua regni hæredes generaret; xiii. illi dies datos, honorificèque donatam illam regnum ſuum, Regem Parthiam petiſſe. Hic verò palam cupiditates ſuas ſolvit Alexander, & quem *Perſarum arma non fregerant, vitia vicerunt, intempetiſta convivia, & perpotandi pervigilandi que inſana dulcedo, ludique & greges pellicum, omnia in externum lapſa, ſunt morem. Continentiam & moderationem, in altiſſima quaque fortuna eminentia bona, in ſuperbiam & laſciviam vertit, immemor his moribz amitti opes, abſtinentia & forti tudine quaſitas, ſolere.*

Diod. l. 17.

Principes militum aſpernantes quidem ſed recuſare non auſos, Perſicis ornant veſtibus. Pellicibus ccc. & lxx. totidem quot Darii fuerant, regiam implet, iis ſpadonum greges miſcentur. Ut patriæ uxorumque amorem militibus eximat, captivarum iis ſeu matrimonia, ſeu conſuetudinem indulget, pro numero filiorum in caſtris genitorum ordinat præmia, pupillis patrum defunctorum ſtipendia assignat. Sarcinas totius exercitus, exceptis admodum neceſſariis, conferri in medium & exuri jubet. Cumque ſermo caſtris ſpargeretur, plus amiſſum victoria quam bello quaſitum eſſe, otium expeditionibus interpellat, datoque Parthia præfecto Andragora, ex quo poſtea Parthorum reges procreati, Satibarzanem Ariorum ſatrapam, qui cum Beſſo ſe conjunxerat, acriter perſequitur. Reli-

quos ab eo in montibus milites varia eade conſumit. Artacanam capit urbem, adjectaque nova ex Illyrico & Lydia manu, Drangas, bellicoſam nationem, adit. Ejus ſatrapæ Nabarzanes, ſceleris in regem ſuum particeps cū Beſſo, metu ſuppliciorum, quæ mernerat, in Indiam profugit. Jam nonum diem ſtativa erant Drangina, cum Rex à quibuſdam corporis cuſtodibus in teſtino facinore ſe petiturum reſciſcit. Delatum ad ſe Philotas, magiſter equitum non indicaverat, ſcorti eſſe ſermonem relatu indignū reputans. Ob id particeps judicatus conjurationis, ſupplicio afficitur; Præfectus equitatus Parmenio pater ejus, amicorum regis vetuſtiſſimus, qui Mediæ præerat, cui rex theſauros CLXXXM. Talentorum crediderat, immiſſis percufforibus, indiſta cauſa extinguitur. Hinc cum inanes proditiõnum ſpecies anxio animo figuraret, faſces literarum à militibus in patriam mittendarum colligit, cognitoque ex iis ſingulorum de ſe judicio, in unam cohortem contri buit durius opinatos, quam inordinatorum appellavit, & ſeorſim à cæteris tendere ignominiz cauſa juſſit, fortitudine eorum uſurus in bello, *libertatem autem lingua ab auribus credulis remoturum.*

Curtius l. 7.

Nihil illis deinde ab bella promptius fuit, *incitante virtutem ignominia demenda cupidine.* His ita compoſitis, Ariaspos (qui & Evergetæ ob vetera in Cyri exercitum beneficia) Gedroſios, Archoſios, Parymas, Paropomaſadas, Adasprios, aliosque in radice Caucaſi populos, vincendo peragrat, ineunte jam Olympiade cxxii. ſeptendecim dierum ſpacio, Caucaſum ſuperat montem, ubi condita à ſuo nomine urbe, ſeptem ſeniorum millibus conſidere permiſſum. Interim Beſſus ferox verbis, & parto per ſcelus regno ſuperbus, Cobaren Med-

Curtius l. 7.

dum, quod *canem timidum* vehementius *latrare quam mordere*, occupandamque seditione Alexandri gratiam diceret, occidere destinat. Illo ad Alexandrum se recipiente, Bessus à Baetrianis desertus, in Sogdianos refugit. Macedones dum illi insunt, fame in aridis locis pressi, jumentorum onera portantium carne vitam miserè trahunt. Sic tandem Baetrapervenit. Eo venit & Brigyus, occisi à se duello Satibarzani spolia praferens. Non reperto Besso, Sufianorum deserta ingressi Macedones plures siti, quam ullo antea praelio pereunt. Rex oblata aqua, solus bibere noluit, ut exemplo patientiae duraret exercitum. Tandem Oxum amnem utribus stramine refertis incubantes transavère; quo comperito, Spithamenes assumit doli architectos, Bessumque simulato secreto innectit vinculis, qui catena collo inserta ad Alexandrum ita perducitur. Eum Alexander Oxyarti, Darii Germano, tradit, eodem in loco puniendum, ubi regem suum confoderat. Ibi curvatis arboribus, discerptus & in frustra concisus est parricide perfidus, particulæ carnis ejus per aërem fundis disjectæ.

Inde ad Branchidas itum, quorum majores Milesii, in gratiam Xerxis violato quondam templo, hæc sedes acceperant. Ob id inermes deditique jubente Alexandro, jugulantur, *crudeli sententia* majorum culpas ab innoxiiis posteris exigente. Iniquitatem mox ultus est Deus. xx. latronum millia montes infederant, qui pabulantes in composito agmine Macedones inopina oppressere morte. Obsidentem eos regem sagitta in medio crure fixa, acie excedere coëgit. Hinc quarto die ad urbem Maracanda perventum, ubi Scythæ Asiatici imperata se facturos Legatorum verbis restati sunt. At Europæi Scythæ, qui

ultra Tanain, Europæ Asiaque limitem, ad Thraciam usque habitabant, tantum abest ut cesserint Alexandro, ut urbem ad Tanain conditam subvertere etiam sint ausi: Cyropolitanæ cervicem Alexandri saxo ita percussere, ut oculis caligine offusa collaberetur, ne mentis quidem compos. Sed cuniculo suffossis tandè mœnibus, urbs capta dirutaque est.

Interim Spithamenes ad coercendam Baetrianorum defectionem remissus, vehementius eam inflammat, depulsisque Maracanda praesidiariis urbem tener, Menedemum ad eam recuperandam venientem, locatis opportunè insidiis, cum exercitu opprimit.

Hanc continuæ felicitati impostam labem agro tulit animo Alexander, sed disparem animo vultum induit, nondum percuratis vulneribus, in Scythas bellum parans. Ibi incipiti implicatus periculo, vates & hariolos consuli antea desitos, iterum accersit, & ad superstitionum revolutus ludibria, parum exinde solatii accipit, Scythæ per legatos nimias Alexandri cupiditates increpant, *fortunam reverenter habendam*, ferocins quam efficacius monent. Mox enim transmissis Tanai pelluntur locis, eosque rex, quanquam invalidi corporis vexationem difficillimè patiebatur, tamen per Lxxx. stadia insequi perseveravit. Victoriæ fama Sacas ad deditonem, Sogdianos ad veniam petendam compulsi. Conditis ergo circa Marginiam sex oppidis, exercitus ad Petram ducitur, xxx. stadia altam, unoque tantum angusto perviam aditu, quam Arimaces (Plutarcho Sisimetres) Sogdianus cum xxx. armatorum millibus occupaverat. Mirum dictu, trecenti juvenes præmiorum irritati aspectu, in cacumen rupis per aspera & avia enituntur, quibus visis, nec assimata

Plutarchus
in Alexandro.

qui

quidem ob terrorem paucitate, de-
ditionem fecere Barbari. Duces sub
ipsis petrae radicibus suspendio inte-
riore. Sic apparuit, *nihil tam aliè con-
stituisse naturam, quo virtus non ascen-
dat.* Post hæc exercitibus venatione co-
piis in Bazaris, Clytus frater Hella-
nices, quæ Alexandrum enutriverat,
Maracandam (Sogdianorum ea erat
metropolis) cum imperio dimitten-
dus, ut homo fidissimus infidæ genti
præfesset, solenni convivio excipitur.
Cum mero incaluisset, Clytus fi-
ducia amicitia audentior, Philippum
impensus laudat, honorificam Par-
mentionis, sui, aliorumque vetera-
norum mentionem infert. Alexan-
drum Epirotam in viros, Macedo-
nem in feminas incidisse confirmat
adversarios. Incandescens dictis Ale-
xander, convivio eum exigit. Abs-
tractus ille, veriora se quam patrem
regis (Hammonis illudens nugas) di-
cere jactat. Ea lingue ferocientem,
intemperantia Alexander, rapra è
manibus armigeri lancea transfigit.
Vostredie discassa silentio noctis e-
brietate, magnitudinem facinoris se-
ra æstimatione contemplatus, dete-
stabile carnificis ministerium sua
manu occupatum, quæ vino impu-
tari poterant, nefanda cæde ultum,
servatorem sui occisum muliebriter
lamentatur, ægreque est prohibi-
tus, quin evulsam è corpore jacen-
tis hastam in sua redigeret viscera.
Ita triduum inclusus latuit, nec pro-
dire ad milites ausus, donec Macedo-
nes Clytum jure casum decreve-
re. Ex hac perturbatione eluctatum
adit uxor Spithamenis, qui Bessum
tradiderat, & mariti præcisum caput
affert. Id exemplum justè aversatus,
mulierem nefariè iracundam castris
ejicit.

Curtius 1. 8
A. M. 3638. Appetente vero iter in *Indiam* pro-
nunciatur. Ibi improvise exceptus
frigore miles, ægre corpus à perni-

cie defendit. Forte gregariorum
quispiam in Alexandri tentorium ir-
ruit, vix ad arma se sustentans, nec o-
culis, nec auribus compos. Eum Rex
ipse, quanquam tunc maximè admo-
to igne refovebat artus, in sede collo-
cat sua. Ille recepto calore vitali, ut
regem locumque agnovit, trepidus
surgit: quem intuens Alexander, Ec-
quid intelligis, inquit, quanto me-
liore sorte, quam Persæ, sub rege
vivatis; illic enim in sella regis con-
sedit, capitale foret, tibi salutis fuit.
Quacunquē deinde iter fecit, certa-
tim occurrerunt reguli se suaque de-
dentes. Inter eos erat Oxyartes sa-
trapa, cujus filia *Roxane* sub epulis
introducita, oculos in se convertit re-
gis, *inter obsequia fortuna minus jam
cupiditatibus suis imperavit.* Igitur
diviso pane gladio, ex quo uterque
libabat, matrimonio sibi jungit ca-
ptivam, ex ea geniturus, qui victori-
bus imperaret: Pudebat amicos ex-
temporalis conjugis, sed post Clytæ
cædem libertate sublata, *vultu, quæ
maximè servit, taciti assentiebantur.*

In deditioem acceptis Chorasmis
& Dahis, jam CXXM. armatorum du-
cens, oceano ultimoque oriente fini-
nire destinabat imperium. Cui gloria
ut etiam exercitus convenirent or-
namenta, phaleras equorum & arma
inducit argento, nec amplius saluta-
ri se ut regem, sed prostrato humi
corpore adorari præcipit: Assentiti
sunt non pauci Græcorum, qui *pro-
fessionem bonestatum artium malis mo-
ribus corruperant.* Acerrimus inter
recusantes Callisthenes Philosophus
fuit, Aristotelis consobrinus, quæ res
homini austero, minimeque aulicis
apto moribus vertit exitio. Siqui-
dem sub specie insidiarum, in quas
Hermolans aliique nobiles regi cor-
poris stipatores conjuraverant, ex-
cruciatos necatusque est vir moro-
sus, Alexander in illum torquente
elaf.

Curtius 1. 8
Libius 1. 90

Plutarchus
Alexandro

Arrian. l. 4 classicum illud: *Odi sapientem, qui sibi ipsi non sapit.*

Primum Indiae urbium resistere ausam incendit Alexander, trucidatisque incolis etiam in recta est factum, ut reliqui in terrorem agerentur. Cum ad Nysam à Baccha conditam venisset, magnificum ei sacrificium fecit. Milites licentiâ à paucis (ut ferè fit) in omnes repente vulgata, Bacchantium in morem subito ducere, Indis nec mero quidem sopitos per inertiam aggredientibus. Unde patuit, gloriam fortuna interdum, haud semper virtutis esse beneficium, Deo saepe malorum ministerio hominum improbos puniente. Sic plurimas Indorum urbes Ptolomæus, Alexander maximas cepit, rursusque ad Choaspen fl. quas diviserant, copias ambo conjungere, Perdicca & Ephastione Indi fl. trajectum interim præparantibus. Mazagam regioni & urbi munitissimæ, Cleophes regina præerat, cui forma & libidinis obsequium non veniam modo, sed pristina etiâ fortuna decus comparavit. Natus ex ea filius Alexander, postea apud Indos rerum potitus fertur. Qui Aornem petram tenebant, subeuntes Alexandri milites cum semel repulissent, perseverantiam obsidentium territi tandem aufugere. Quare transmissis fl. Indo, Taxiles aliarum secutus gentium exempla, in deditioem statim venit, cui & regnum servatum, frumentumque quod dederat, largis pensatum muneribus. At Poro ultra Hydaspem regnanti alia mens & sententia sterit. Corporis enim juxta animique magnitudine insignis, haud gratuitam Alexandro dabat Indiam. Commisso prælio, è maximo elephante pugnans, & quasi se ipso major, plurimos obterebat telis, Alexandri etiam equus Bucephalus prosternebatur: At vicissim Porus omnium expositus ictibus, cum ad

Justin. l. 12.
Curt. lib. 8.

Diod. l. 17.

postremum non ferret vulnere multitudinem, è bellua defluxit, captusque est. Sed ob honorem virtutis diligentissimè curatum, ampliore donavit regno Alexander, quam tenebat, duasque ibi condidit *Curt. lib. 6.* urbes, Niczam & Bucephalen. Secuta Abiataris, Sophita & Phegei regum deditioes, cognitumque, ultra Hypasin fl. undecim dierum solitudines esse, easque excipere Gangen, fluviorum Indiae amplissimum: Ulteriores ripas colere Gangaridas & Parrhasios, quorum regem xx Equitum, cc. peditum millibus, tribusque Elephantorum obsidere vias. Ibi Alexander, quippe orbis imperium mente complexus, & adhuc in operum suorum primordio visus sibi stare, advocat milites, & oratione gravi ad transeundum flumen invitata. Verùm furdæ pulsbantur aures, in fine erat vis militum, nemini fatigandam ulterius fortunam orbemve placebat. Itaque coactus ponere victoriis metam, munimenta castrorum extendi, 12. aras statui, cubilia amplioris formæ, quam pro corporis habitu relinqui imperat, posteritatisque fallax miraculum struere. Non ullum opus milites latius fecere.

Sic remensis iter ad fl. Acesinense castra ponit, ubi Cænus, qui oratione sua spem patriæ revivendæ aliis impetraverat, eâ ipse præventus morte, excidit. Jamque in aqua clasis stabat, quam lustrando occaso præparari ante jussit. Igitur acceptis è Macedonia novis & armis & copiis, Mnavigia onerat, variosque populos fluminum accolæ subigit, Sebios, Oxydracas, Mallos, Sabraces, Mûsi. *Plutarchus* canos, Bracmanes, alias. *Septem Alexandro* menses infumpti, ac variis utrinque *Curt. l. 9.* cladibus est pugnatum, priusquam Oceanus se in conspectum daret. In Oxydracum urbe rex sub mammam sagitta.

sagitta trajectus ex magnâ despera-
 tione salutem recepit. Illaudabili e-
 nim audacia de muro solo in medios
 defilierat hostes, irrumpentesque re-
 grè amici jam propè interfectum re-
 gem in castra retulerant. Ptolomæus
 quoque ad Harmateliâ venenato i-
 ctus telo, vitæ periculum adiit, mon-
 strata regi per quietem herba, miri-
 ficè curatus. Oceanus ipse haud sine
 periculo & clade multorum pavit re-
 gios oculos. Classis Nearchi & One-
 sicrito commissa est, ut reliqua Ocea-
 ni lustrarentur, iterque versus Euphratis
 dirigeretur ostia. In Oritis ac
 vicinis gentibus tanta omnium re-
 rum inopia laboravit exercitus, ut
 maxima ejus pars interierit. Tan-
 dem per mille casus & detestanda pe-
 ricula in Carmaniam ut perventum
 est, bacchantium ritu de novo pro-
 cesit agmen. Ibi accusati à Gentibus
 præfecti, sine respectu regis amicitia
 spectantibus legatis supplicio affe-
 cti perierunt. Apud Susa Calanus,
 Gymnosophista Indus, qui vitam ad
 annos 73. propagâret, cum valetudi-
 ne tentaretur, exstructo rogo vivum
 se cremavit; ejus exequias Alexan-
 der poculorum est profecutus certa-
 mine, unde XL, qui primas potandi
 partes tulerant, paucis diebus extin-
 cti, exequias Calano iverunt ad infe-
 ros. Secutæ sunt *Alexandri nuptia*,
 quibus Scatiram (Arrianus Arsinoen
 vocat) Darii filiam sibi, Ephæstioni
 Drypeti ejus sororem, optimatibus-
 que aliis nobilissimas quasque devi-
 ctarum gentium virgines copulavit.
 Dimissis veteranis, exsolutoque
 exercitus ære alieno (id. Talento-
 rum erat X. millium) ut præmia præ-
 damque integra domos ferrent xxx.
 Persarum millia in phalangem ad-
 scripsit Græcam. Sed feditiosus mis-
 sionem flagitantibus universis, è tri-
 bunalî in concionem profiliit arma-
 tum, ac XII. correptos suâ manu ad

supplicia duci jussit audacia plus
 quam regiâ. Hinc triduo vix fletu
 & modestia flexus est; ut alia XI. mil-
 lia exautoraret, reliquosque recipere
 in gratiam. Adduntur exauctorata
 tate graves amici, Polysperchon,
 Georgias Polydamas, Antigenes, alii.
 Craterus Macedonibus præponitur.
 Antipatrum cum supplemento tyro-
 num in locum ejus evocat. Hinc Sus-
 sis Ecbatana movet agmen, ubi anno
 imperii quinto, regni Macedonici
 undecimo, inter ludos & compota-
 tiones assiduas Ephæstion præcipuus
 amicorum decesit, contra decus re-
 gium Alexandro luctus, Medico eti-
 am Glauco in crucem acto, *quasi de
 medicorum arbitrio ebriosis & intem-
 perantes vitam mortemve ducerent.*
 Cadaver Ephæstionis Babylonem
 missum, ingenti deinceps sumptu fu-
 nerandum. Inter hæc Harpalus Baby-
 loniæ præfectus, ob flagitiosam po-
 testatis usurpationem aufugit, as-
 sumptisque talentorum quinque
 millibus, sex cohortibus militum,
 Athenas concessit. Ibi cum per cor-
 ruptum auro Demosthenem, non
 pervaderet populo, ut furem se tuer-
 rentur, in Cretam abiit, ubi à Thym-
 brone familiari suo confossus est.
 Mercenarii etiam milites, quos præ-
 ceperat sacramento solvi Alexander,
 in Græcia coiere duce Leosthene, bel-
 lumque excitarunt grande, Lamia-
 cum dictum postea. Interim Alexan-
 der Cossæos, Mediæ populum, Persis
 nunquam subditum, ad internecio-
 nem delet, & lento tandem itinere
 Babylonem incipit tendere. Eo lega-
 tiones Carthaginiennum, cetera-
 rumque Africa civitatum, Hispania-
 rum quoque, Siciliae, Galliae, Sardi-
 niæ & maritimarum Italiae gentium
 convenerant, Alexandro velut desti-
 nato sibi regi exquisitius adularum.
 Sed Belephantes Magus, ne urbem
 intraret, suaserat. Anaxarchus con-

*Plutarchus
 Alexand.
 Curtius l. 10*

Curtius l. 10

*Arrianus
 lib. 6.*

*Justin. l. 12.
 Diod. l. 17.
 Orosius l. 3.
 c. 10.*

Alexander Magnus:

era Philosophus, si divinis futura de-
cretis flarent, ignota mortalibus, si
naturæ deberentur, immutabilia esse
differendo, ut intraret impulit. Au-
ditis igitur ordine legatis, primum,
qui sacrorum causa, deinde qui gra-
tularum, tertio qui jura postulatam,
denique qui alios accusatum venif-
sent, omnibusque benignè dimissis,
reliquum tempus otio datum, noctes
diesque conviviis tracti sunt. Tan-
dem ineunte Olympiade 114. Ephæ-
stioni plusquam humanam impendit
sepulturam, profusus in eam XII. Ta-
lentorum millibus, versoque in insa-
niam amore, divinos funeri honores
tribuit, ac decem victimarum milli-
bus primus mortuo sacrum fecit. In-
de reversus ad comestationes, cum
aliquando totam noctem perpotas-
set, instauratis à Medico Thessalo e-
pulis excipitur. Ibi accepto Herculis,
quod vocabatur, poculo, repente, ve-
lut telo confixus, ingemuit, elatus-
que è convivio ferrum deposcitur in
remedia. Amici causam febrilis æ-
gritudinis intemperiem fuisse ebricit-
tatis disseminarunt. Major fama, da-
tum ab Antipatri filii venenum, tu-
lit, Olympiadis criminationes pertri-
mescentibus. Imminente jam fato-
quarentibus amicis, quem imperii
hæredem faceret, respondit, præstan-
tissimum: oblitusque filioli Herculis,
fratris Aridæi, & prægnantis Roxa-
nes, virtute non sanguine æstimandum
judicavit successorem. Hac voce velut
classicum inter amicos cecinisset, ea
sexto die præclusa, exemptum digito
annulū tradidit Perdicæ. Ita rex ar-
Alexandro mis in victus, voluptatum fractus il-
lecebris occubuit, cum regnasset an-
nos XII, menses septem, vixisset 31.
menses octo. Roxane deinde filium
enixa, Darii filias per muliebri æ-
mulationis insaniam, in puteum præ-
cipitari jussit, adjuvante Perdicæ.

Hoc temporis tractu apud Roma-

nos prima de beneficiis questio extitit.
Cum enim primores civitatis simi-
libus morbis, eodemque fere omnes
eventu morentur, ancilla quædam
Q. Fabio Max. ædili indicium fecit;
matronas venena coquere. Depre-
hensæ cum medicamenta salubria
esse contenderent, eis epotis suamet
ipsæ fraude omnes interiére. Mox
aliæ CLXX. damnatæ. Prodigii ea res
loco habita, captusque magis mentibus
quam consceleratis similia visa. Ideo
lustrari urbem placuit. Sequentibus
annis Volsci Appulique & Lucani in
Romanorum fidem venerunt: Palæo-
politani, quod Samnitibus juncti
Romanorum colonias damno affe-
cissent, bello expugnati sunt. Decre-
tumque Romæ factum, ne quis, nisi
noxam commeritus, in compedibus
aut nervo teneretur: pecunia credita
bona debitoris, non corpus obnoxium
esset.

Artes & disciplinæ Alexandro, ut
literatissimo, regnante, in precio ma-
gno fuere. Rex ipse Homeri poema
aureo circumtulit scrinio. Cum The-
bas caperet, Pindari familiæ penati-
busque pepercit. Inflammatus cupi-
dine animalium naturas noscendi,
delegavit hanc commentationem A-
ristoteli, jussis parere ei aliquot milli-
bus hominum, omnium quos vena-
tus, acupia, piscatusque alebant, ne
quid usquam gentium ignoraretur.
Adfuere militanti Callisthenes & A-
naxarchus Philosophi, Onesicritus &
Clitarchus rerum gestarum scripto-
res; ab Apelle solo pingi, à Lysippo
sculpi voluit, viros in omni scientia
summos summe honoravit. Historio-
graphos in vita ejus complures laudat
Plutarchus, Anticlidem, Antige-
nem, Aristobulum, Charetem Me-
tylenæum, Durin Samium, Dino-
nem, Eratosthenem, Hermippum,
Hecataem Eberium, Istrum, Poly-
critum, Philippum, Chalcedensem,

Livius, l. 8.

Plinius l. 7. cap. 29.

Plinius l. 8.

Nat. hist. cap. 16.

Plin. l. 34. c. 8. & l. 35. c. 22 & 31.

Plin. l. 36. c. 10. & l. 36. c. 22 & 31.

Diogen. Laert. l. 9. Suidas.

A. M. 3688. Olymp. 114. Epacha 126

A. M. 3688. Olymp. 114. Epacha 126

A. M. 3688. Olymp. 114. Epacha 126

A. M. 3688. Olymp. 114. Epacha 126

A. M. 3688. Olymp. 114. Epacha 126

A. M. 3688. Olymp. 114. Epacha 126

A. M. 3688. Olymp. 114. Epacha 126

Curtius l. 10. Diod. l. 17.

Arrianus lib. 7.

A. M. 3648.

Plusarchus

Alexandro

Olymp. 114.

Ptolomæum, Philonem Thebanum, Sotionem. Quibus addit Laërtius Anaximenum Lampfacenum & Aschelaum Chorographum. Floruit etiam hoc tempore Calippus *Astronomus*, Xenocrates & Theophrastus Philosophi Theophrastus Aristot. in Chalcidem profecto, scholæ in regimine successit, Olympiade 114.

ARIDÆUS & TITORES
FILIORUM ALEXANDRI.

Diod. l. 18.

Curtius l. 10.

Justin. l. 13.

Plutarchus

Alexandro

Alexandro defuncto in thesauris erant L. millia talentum, & in annuis vectigalibus tricena millia. Vulgus Macedonum prædam, duces successione regni cogitabant, *equalitate ad discordiam stimulante, cum nemo tantum ceteros excederet, cui se quisquam sponte submittere vellet.* Inter discrepantes de rei summa sententias, Meleager, Perdica infensus, milites ad direptionem opum regiarum incitat, & Aridæum Philippi ex Philinna saltatrice filium, insanabilibus animi vitiiis laborantem, ad imperium provehere studet, in vitis proceribus, quibus expectandum Roxanes partum persuaserat Perdicas, Ptolomæo Rempubl. ad optimatam arbitria trahente. Sed placato verbis peditatu, qui Aridæo adhærebat, asumpoque in partem administrationis Meleagro, Perdicas quasi lufrando exercitum, seditionis autores ccc. fere, elephantis obrerendos projecit, nec bellorum Aridæo, nec autore. Hoc bellorum civilium Macedonibus & omen & principium fuit. Meleager intellecta fraude, frustra se templi religione defendit. Perdicas, eo occiso, de sententia principum decernit ut Aridæus quidem summam imperii teneat, ipse autem regis copiis, & Alexandri filiis præsit. Inde provincias inter principes dividit, quæ magnorum singulis in

cremorum civilisque discordiarum materiam dedere, *ruente sub pluribus imperio, & in sua viscera sabiente, quod sub uno vigere capite potuisset.* Primo Ptolomæo Ægyptus, & Africa Arabique pars magna sorte venit, confinis ei Syria Laomedonti Mitylenæo, Cilicia Philotæ, Philoni Illyricum cessit. Lyciam cum Pamphylia Nearchus, majorem Phrygiam obtinuit Antigonus, Cariam Callander, Menander Lydiam; Leonato minor Phrygia obvenit, Thracia & Cappadocia cum Paphlagonia Eumeni data, Pythoni Media, Scyno Sufiane. Summus castrorum tribunatus Seleuco obtigit Antiochi filio, Cassandro stipatorum regis, in Ætiana & Indiæ regionibus priores præfecti retenti, terras inter amnes Hydaspem & Indum Taxiles habebat, Parapamenes, fines Cauca montis Oxyartes accepit, Aracassos & Gedrosios Sibyrtius, Drancas & Areos Statanor, Bactrianos Amyntas, Sogdianos Scythens, Nicanor Parthos, Philippus Hyrcanos, Phrafernes Armenios, Tlepolemus Perlas, Peucestes Babylonios, Mesopotamiam Archeilaus: Antipater Macedonia & Græciæ præpositus, regia pecuniæ Craterus. In colonias superioris Asiæ, quæ defecerant, Python, cum magis copiis missus, qui vi & fraude eas celeriter ad subjectionem redegit. Perdica deinde Ariarathem Cappadociæ regem, nondum ab Alexandro subactum, prælio vincit, & captum in crucem agit. Cum autem crudelius exerceret victoriam, flauri seipos domosque suas cremarunt, Perdica nullum belli præmium, præter incendii spectaculum, relinquentes. Sic Eumenes in provinciam deductus est.

Dum hæc geruntur per Asiam *Asienenses* atque Ætoli, Macedonibus do-

Diod. l. 18.

Justin. l. 13.

Arianus ca dominationis impatiens, Peloponneses aliosque Græcos ad refutandum, Plus. mendam libertatem excitant, flammam, Plus. granti imprimis studio Demosthenis, *Demosthenes* qui patriam, avaritia amissam, dicendi tunc virtute recuperavit. Itaque Antipater nondum idoneis instructus copiis, vincitur à Leosthene duce Atheniensium, & in Lamiam urbem compellitur. Quam ibi oppugnans Leosthenes, saxo de muris jacto, occiditur, eique per Hyperidem oratorem solenniter laudato, successit Antiphilus. Interim corrogatis auxiliis, Antipatro Leonatus è Phrygia suppetias laturus advenit, sed exceptus prælio ab Atheniensibus, gravique vulnere ictus exstinguitur. Antipater tam æmulo sublato, quam copiarum accessione recreatus, exemit sese obsidione, & in Macedoniam concessit. Cujus vires Craterus, adductis è Cilicia ximillibus peditum, equitibusque mpx, in tantum auxit, ut Græci perterriti victique, pacem peterent. Quamcum singulis seorsim non universis simul promitteret Antipater, Thesalosque admodum premeret, distulciavit hęc modò civitates, & reliquis pacem concessit: exclusis Ætolis & Atheniensibus. Hi bello impares, præsidium recipere, Respublicam ad arbitrium Antipatri corrigere sunt coacti. Demosthenes suo metuens capiti, sumto sponte veneno, periiit. *Arrianus* apud Photium, in terfectum narrat decreto Atheniensium ab Archia Thurio, & cum eo Hyperidem, Aristonicum, & alios, accusante Demade, quem etiam Cassander jugularit: Tristissimo certe, egregiorum eloquentia virorum casu, qui popularis auræ studio potentibus liberius adversati, exemplo docuerunt, nihil esse blandiente vulgo *levis, nihil crudelius irritato.* Ætoli interim magnis animis pro libertate

certare parati, in aspera inviaque loca se receperant: eosque persequuti Craterus & Antipater, comiteatus inopiis in extremum adduxerant discrimen, cum, Deo generosa peccora miserante, Antigonus Perdiccam fugiens, allato de ambitione ejus nuncio, inopinatam obsessis liberationem attulit. Etenim Perdiccas, ut suis viribus autoritatem regiam acquireret, ad nuptias Cleopatæ sororis Alexandri, non aspernante Olympiade, matre ejus, intendit, cum paulò ante Nicæam sibi, Antipatri filiam, fallaci amore desponsasset. Nam obrentu affinitatis ab Antipatro sperabat auxilia, quibus Antigonum & Ptolomæum subverteret. Quibus perterriti molitionibus Antipater & Craterus, cum Ætolis pacem, cum Ptolomæo fœdus fecere, omnes copias in Perdiccam convertere properantes. Eo tempore Arideus, toto biennio magnificatissimè adornato *Alexandri funere*, ad Jovis Hammonis templum contendebat. Sed exceptus exquisitissimo Ptolomæi apparatu, corpus illi tradit, qui *Alexandria* in splendidissimo delubro ingenti cum pompa *sepelivit*. Revertebat ita ad Perdiccam Aridæo, Cyrenæi vario Marte cum Thymbrone, & militibus, quos ille, perempto Harpalo, sibi adjunxerat, præliati, dum per seditionem Ptolomæi opem implorant, in ipsius potestatem pervenere, factusque tantus est Ptolomæus, ut non tam timeret Perdiccam, quam timendus ipse esset. Perdiccas præmissis ad Hellespontum Eumene & Neoptolemo, ut Cræterum aditu arcerent Asiæ, ipse validissimis instructus copiis *Egyptum* periiit. Sed Perdicca plus odium arrogantis, quam vires hostium nocebant, quam exosi eriam socii, gregatim Antipatri sectari cœperant partes. Neoptolemus quoque invidia stimulatus Eumenis,

Pausanias
in Atticis
Plutarchus
in vitis
Aratorum.

Jubil. 73.
A.M. 3650.

Arrianus
de rebus
post Alex-
andrum. l. 6

Diod. l. 18.
Justin. l. 13.

Arrianus
apud Pho-
tium.

Plutarchus in Eumene. Corn. Nep. Eumene.
 Eumenis, eaque patefacta praelio victus, ad Craterum transfugit, conjunctisque cum eo copiis, Eumenem celeritate suavit opprimendum. Sed infidiam in insidiatores versa, & qui se-
Plutarchus in Eumene. Corn. Nep. Eumene.
 curum aggressuros se putabant, securis in itinere & pervigilio noctis fragoris occursum est. In eo praelio Craterus, amicorum Alexandri potissimus ex equo delapsus, occubuit: Neoptolemus cum Eumene congressus diu mutuis vulneribus receptis, in summa victus, periit. Victor Eumenes afflictas Perdiccae partes non mediocriter erexit, everfusq; vi Ptolomæus esset, nisi ipsum è justitia & liberalitate orta subditorum benevolentia valide protexisset; Perdiccam è superbia procreatum apud milites odium maturasset exitio. Ergo Nilum flumen imperite trajiciens, amissis temerè duobus militum millibus, in tantam exercitus indignationem incurrit, ut conspitatione Pithonis, Aridæi, aliorumq; ducum in tabernaculo occideretur, rerum potitus triennio. Extemplo etiam soror ejus, Atalanta, quæ Attalo classis præfecto nupserat, & familiares pleriq; iisdem fati consumpti: Frater Alcetas, Eumenes & alii cum ipsis duces, hostes judicati imperii, habitoque concilio capitibus damnati sunt. Autore Ptolomæo Pythone, qui Græcos superioris Asiæ subegerat, suscepit tutelam regum, paulo post ab exercitu ad Antipatrum translatus, Pythone ob Eurydices reginæ arrogantiam, (ea Cynane Alexandri sorore genita, & Aridæo nupta erat) administrationem aspernante. Tum Polyperchon Ætolos, Macedoniam vestantes compescuit, Antipater in Syriam profectus imperii curam suscepit, bello adversus Eumenem Antigono delegato, cui Cassander tribunus est datus, ne posset clam privatum negotium agere, & Antigono comparato celeriter exer-

Plutarchus Eumene. Justin. l. 14. Diod. l. 18.
 citu Macedonum, bellum in Cappadocia infert Eumeni, & Apolloniadem equitatus ejus ducem ad preditionem pellicit. Quare subito equitum secessu consternata Eumenis acies vincitur, Dux ipse in Armeniam profugus in Castello Nora obsidetur. Sed ingens erat Eumenis calliditas, animique magnitudo. Cum videret Macedonum reges inanem habere regni speciem, multosque & pari animo viros rerum pro tempore potiri, qui singuli privatim sibi, quam publico consulere mallent, sperabat suam prudentiam, rei q; militaris peritiam ac fidem facta quadam fortunæ mutatione facile requisitum iri, ideoque obsidionem toto anno constanter perfererat. Interim Alcetam in Pisidia devincit Antigonus, Attalum, Docimum & Polemonem, socios Eumenis, capit. Alcetas præfentens Temesianorum fraudem, sibi ipsi vitam infelici dexa eripuit, At Eumenes consilio se suo haud fefellit. Etenim Antipater moriens interea, mutatis quarundam provinciarum Satrapis, Polyperchonti, ducum Alexandri vetustissimo, tutelam regum imperiiq; administrationem commendarat, additò ei Tribuno Cassandro. Ea mutatio cum pernotuisset, Antigonus animum ad Asiæ imperium extulit, statuirq; nec regibus amplius, nec tutoribus eorum parere. Habebat enim peditum LXM. Equitum XM. Elephantos XXX. Illis statim annititur Aridæum Phrygiâ, Clythum Lyciâ expellere. Ephesum capit, pecunias in Macedoniam ad reges deportandas intercipit, Eumenem obsidione solutum sibi adungere parat, omnia denique ut rebellionis manifestus, agere incipit. Nec deerat ambitionis societati Cassander; turpe sibi ratus, Polyperchontem patris judicio prælatum in administratione imperii. Igitur ad Ptolomæum occultas

Josepb. lib. 12. c. 1. cultas mittit literas, qui jam capto Laomedonte Syriae praefecto, totam Syriam ac Phoenicem ditioni suae ad-

jecerat, Jerosolymam etiam sabbathi religione haud defensam, inique occupaverat, opesque tenebat plusquam regias, adeo ut classem e Phoenice in Hellespontum expediret. Transgressus inde in Asiam Cassander, foedus cum Antigono percussit, & ab eo classem militemque ad excutiendum tutoriam potestate Polysperchontem impetrat. Contra Eumenes, ab Olympiade & Polysperchonte ad tuendum domum regiam sollicitatus, Argyraspides veteranos, aliasque insignes nactus copias, in superioris Asiae provincias profisciscitur, relicta

Olymp. 115. Cassandro & Polysperchonti de Europa dimicatione. Ita quinto post Alexandri obitum anno totus pene orbis novis bellis seditionibusque ex-

1. Macca. 1. arfic. arfic, ut verissime scriptor historiae Maccabaeorum affirmet, multiplicata esse mala super terram.

Lib. 1. 8. 9. Eodem tempore Romani cum Samnitibus & Appulis bellum, variis interpellatum cladibus induciisque, trahebant. In quo L. Papyrii Dictatoris severitas, Romanorum ad furcas Caudinas ignominia, & mox ejusdem Papyrii Cursoris de Samnitibus victoria enituerunt. Expugnata enim Luceria, Samnites vicissim sub jugum misit, quemadmodum illi auctore Pontio Romanos sub jugum miserant.

Justin. 1. 14. Inter haec Polysperchon Olympiadem, quae propter inimicitias cum Antipatro & Cassandro in Epirum secesserat, reducit in Macedoniam. Eurydice uxor Aridaei regis muliebri aemulatione percussa, scribit nomine regis Polysperchonti, Cassandro exercitum tradat, in quem administrationem transfulerit regni: eadem & in Asiam Antigono per epistolas nunciat. Quo beneficio devinctus Cas-

fander, nihil non ex arbitrio muliebris audaciae gerit. Deinde profectus in Graeciam multis civitatibus infert bellum; quarum excidio, veluti vicino incendio, territi Spartiani, urbem quam semper armis, non muris defenderant, contra veterem majorum gloriam, murorum praesidio includunt. Sed mox Cassandrum e Graecia turbatus Macedoniae status revocavit. Nam Olympias mater Alexandri, cum prohiberi finibus Macedoniae ab Eurydice & Aridaeo coepisset, indignitate rei moti Macedones, ad ipsam transiere. Olympias furens impotentis ira animi, Aridaeum captum excruciauit stimulis, Eurydicen ad suspendium adegit, Nicanorem Cassandri fratrem, ac centum alios Macedones, Cassandro amicissimos, crudeliter macari iussit, Aridaeus (quem *A. M. 3655.* Macedones Philippum nominaverant) nomen imperii potius quam imperium gesserat sexennio, potestatemque vix rite degustatam miserando commutavit exitio.

Sub haec in Asia Antigonus, post Plutarcho & quam victa Polysperchontis & Cly-Nepos Eury classis, imperium sibi maris vendicasset, adversus Eumenem proficiscitur, qui contractis in unum Superioris Asiae copiis, consilio & armis formidolosissimum ducem videbatur. Invidiam honoris, quod se Cherronesium Macedones ducem non ferrent, fictitio diluebat tribunali, cui speciem Alexandri imposuit, uttanquam praesenti ejus numine de summa rerum decernerent. Itaque in Paratacis ad Cibratem Fl. cum Antigono confixit, eumque male acceptum in Mediam hyematum coegit redire, peditum ducentem 28. millia, octo equitum, Elephantos LXV. quos Eudamus ex India, interempto per dolium Pororege, adduxerat. At Eumeni tamen infelicitata haec militia per Macedoniam

Diod. 1. 19.

A. M. 3655.

Diod. 1. 18.
Olymp. 116.

Diod. 1. 19.

num fraudem ambitionemque provenit. Quanquam enim callidum Antigonum calliditate superasset sapius, ac postremo etiam præsto omnem ejus peditatum Argyraspides veterani in fugam coëgissent, tamen ob amissa impedimenta irati, Imperatoris sui capite alienam mercari gratiam non erubuerunt, fortissimorumque virorum pro dito sanguine, conjuges liberosque suos, quam tot bellis spectata virtute maluerunt recuperare. Igitur traditus Antigono Eumenes, & aliquamdiu in vinculis habitus, à custodibus jugulatur; Antigones, fortissimus Argyraspidum dux, vivus exurit: Eudamus elephantorum magister trucidatur, omnia in Antigoni manus veniunt, Orientis victores perfidia partim sua, partim aliena vincuntur. Nec Olympias diu regnavit, quæ crudeli principum cæde favorem sui in odium verterat. Cassander enim præposito Athenis Demetrio Phaleræo, injurias ab Olympiade suis illatas ultum in Macedoniam proficiscitur. Olympias diffisa Macedonibus, cum nuru Roxane, & nepote Hercule, in Pydnæ urbem concedit. Deidamia Æacidæ regis filia, & Thessalanice privigna, multæque aliæ principum matronæ, speciosus magis quam utilis grex, comites reginæ sunt. Obfidet eas Cassander, Æacidæ auxilia eludit, fame ferroque urget Olympiadem, & ad deditonem compellit faciendam. Hinc in concionem vocato populo, subornat parentes & cognatos interfectorum, qui sumpta lugubri veste, crudelitatem mulieris accusant; à quibus accensi Macedones, nec auditam nec defensam à quopiam, sine respectu pristinae Majestatis occidendam decernunt. Alexandri matrem: Immemores profus, quod per filium ejus, virumque non solum vitam ipsi inter

finitimos tutam habuissent, verum etiam tantas opes imperiumque orbis quaesissent.

Cassander fugam suadet Olympiadi, non quod servatam cuperet, sed ut, cum ipsa se fugæ damnasset, & in navigatione periisset, justas dedisse pœnas videretur. Negante ea se fugituram, & ad causam apud Macedones dicendam se offerente, Cassander Macedonum inconstantiam veritus, ducentos milites ad eam necandam mittit, qui majestate attoniti reginæ, re infecta, substituerunt, donec interfectorum cognati interritam confoderent, nihil mulieriter querulantem, sed ut Alexandrum posses etiam in moriente matre cognoscere.

Hoc facinore perpetrato, Cassander Thessalonice Alexandri sororem matrimonio sibi jungit, filium Alexandri cum matre in arcem Amphipolitanam mittit custodiendos, regiamque se habere autoritatem omnibus patefacit. Thebas quoque vigesimo, postquam excisæ fuerant, anno, civium superstitionibus restituit, Græcorum gratiam populari facto quærens. Itaque finitum certamen inter duces Alexandri videbatur, tenente Ptolomæo Egyptum, cum Africa parte majori, Cypro ac Phœnice, Cassandro Macedoniam cum Græcia, Asiam Antigono, Thraciam & Hælespontum Lyfimacho. Sed major erat Antigoni potentia, quam ut reliqui ferendam existimarent.

Pythonem Media, Peucesten Per-
 sia amoverat, Argyraspidas in Ara-
 chosiam relegarat, à Seleuco Baby-
 lonis satrapa, tanquam imperator
 Asiæ, rationes exigere proventuum
 audebat. Eâ arrogantia adeo aliena-
 vit Seleuci animum, ut assumtis L.
 equitibus ad Ptolomæum profugeret,
 à quo perbenigne est susceptus.

A. M. 356.

Anno co-
dem.Diod. l. 12.
Justin. l. 14.

Igitur Seleucus accusato gravissime Antigono, facile perfecit, ut Ptolomæus, Cassander & Lyfimachus, in tanta societate, ab Antigono postularent prædæ Eumenianæ, captarumque provinciarum divisionem. Antigonus negavit, se in ejus belli præmia socios admittendum, in cuius periculum solus descendisset. Et ut honestum adversus socios bellum moliri videretur, coacto suarum partium concilio, Cassandrum Macedonum hostem judicat, se Olympiadis vindictam, & regis sui matrisque tutelam suscipere divulgat, Græcosque omnes pronunciat liberos. His cognitis, socii duces bellum terra marique enixe instruunt, Antigonus Tyrum, Joppen, Gazam in potestatem suam redigit, classem ædificat, Cyprum sibi adjungere parat, cum Polysperchonte ejusque filio Alexandro amicitiam firmat, sed infirmatam mox Cassandri astutia, cum is Peloponnesi administrationem Alexandro concederet. Secuta utrinque urbium in Cypro, Græcia, Asia, insulis, expugnationes, fugæ cædesque hominum innumeræ, Ptolomæus Polyclito duce Antigonianos in Caria stratagematis opprimunt Demetrius xxii. annorum juvenis, Ptolomæo opponitur, Pater Antigonus transcendit Taurum, Cassandri & Lyfimachi molitionibus occursurus. Lyfimachus Thraces, qui ad Antigonum defece- rant, cruento prælio sternit, Cassander Epirotas, occiso rege Eacida, Antigonus, misso Telephoro, ple- rasque Peloponnesi urbes subigit. Tentatur sane pax, sed fluxa, ut inter cupidos regnandi, fide. Infida omnis regni societas ostenditur.

Olympiade 117. Antigonus duce Ptolomæo patruele, Græcia urbes, expulso passim Cassandri præsi-

dio, in libertatem asserit.

Ptolomæus per Agin legatum Cyrenæos ad obedientiam reducit. Ipse in Cyprum navigat, victis que rebel- libus Nicocreonem totius insulæ ducem creat. In Cilicia quoque & Syria secundis usus consiliis à Seleuco ad prælium cum Demetrio com- mittendum incitatur. Nec abnuic contra Ap- Demetrius, militum favore subni- pionem. Ju- xus. Sed conflictu superiores vetera- sin l. 13. ni duces Ptolomæus & Seleucus, pul- Diod. l. 19. so Demetrio, fugientes persequun- Plut. in tur Gazam usque, & urbem ipsam Demet. occupant. Cecidit & Python Age- norides, Alexandri ducum haud pos- tremus, Elephanti omnes, militum- que VIII. millia capti sunt. Victorum major moderatioris, quam fortitudinis gloria celebratur. Siquidem & ami- cos Demetrii gratis dimisere, & ip- sius privatum instrumentum omne ac familiam reddiderunt, dicentes non propter prædam, sed propter dig- nitatem invisisse bellum, indigna- tos, quod Antigonus devictis diversa factionis ducibus solus communis victoriæ præmia corripuisset. Ptolomæus recuperata etiam Tyro, & plerisque Caxæ Syriae urbibus, Se- leuco DCCC. pedites, CC. equites tradit, cum quibus Babyloniâ repetat. Ille divino prorsus favore usq, statim provinciam recepit, Nicanoris Mediæ Præfecti copiosum exercitum ex insidijs fudit, Mediamque & Su- sianen in suas pellexit partes, subite- que regium sibi splendorem com- paravit. Interim Cillas Ptolomæi dux dum negligentius castra habet, à Demetrio oppressus, cum exerci- tu capitur, qua clade, & Antigohi è Phrygia reditu, territus Ptolomæus Diod. l. 19. Joppen, Samariam, Gazam aliasque Plut. De- Phœnicæ & Syriae urbes destruit, in- metris. que Egyptum fugibundus recedit. Antigonus, recuperatis sine negotio Syria & Phœnicæ, Athenæum ad sub- igendos

igendos Arabes mittit, qui prima felicitate ad ignaviam seductus, gravem accepit cladem quam ulciscens Demetrius, Nabathæos ad petendam adegit pacem.

Sequenti anno, qui erat à morte Alexandri tertius decimus, cum pace constituta, Europæ imperium Cassandro esset promissum, donec Alexander Junior adolevisset, veritus ille, ne per adolescentem favore paterni nominis, regno Macedoniæ deturbaretur, occidi eum tacite cum matre Roxane jubet, corporaque terra obrui, ne cædes sepultura proderetur. Et quasi parum facinoris in matre Alexandri, conjuge, filioque admisisset, XV. post decessum ejus an-

Just. l. 5.

Diod. l. 20.

no, alterum quoque filium Herculem, jam septendecim annos natum, quem Polyperchon reducere in regnum conabatur, pellecto ad parricidium ipso tutore, cum matre Barsine veneno inerrificit: Scilicet quasi regnum Macedoniæ quod affectabat, aliter consequi quam scelere non posset. Eo anno *Eclipsis Solis* tanta fuit, ut plane diem noctem diceretis, stellis undique apparentibus, ipsumque adeo solem detestari regnantum scelera pronuncias. Tum *Agathocles*, qui adolescens sigulinam ob paupertatem didicerat, & postea uxoris suæ locupletatus divitiis, per fraudes & sceleratam audaciam, Syracusanæ corripuerat imperium urbis, varia cum Siculis & Carthaginiensibus fortuna per octennium belligeratus, atque ad extremum prope Syracusas victus, exercitum in Africam transtulit, relictoque in patria præsidio, Carthaginienses ad sua tuenda revocare studuit. Itaque Ma-

Diod. l. 19.

Quidam

366. Diod.

l. 20. Justin.

l. 22.

gnam & Tunetem urbes capit, acie Carthaginienses improvisos superat, magnamque Pœnis metum incutit. Illi cum Deos sibi iratos judicarent suos, Saturno ducentos è nobilissimis

juvenes immolant, Herculi Tyrio supplicationes faciunt, & Amilcarem (id quod in votis erat Agathoceli) è Sicilia deducere jubent copias, qui dimissis in Africam VII. millibus Syracusas obfidet, paulo post à paucis Syracusanorum superatur, & miserabili cum cruciatu occiditur. Agathocles oppidis Africæ plusquam ducentis potitus, Carthaginienses quoque Tunetem obsidentes, non parva afficit clade. Unde planissime patuit quam parum illos dæmonia cruentis placata hostiis adjuvant.

Inter Macedonum quoque Duces recrudescere bellum. Ptolomæus fratre Antigoni genitus, cui copias in Peloponneso commiserat, ad Cassandrum deficit. Ptolomæus Ægypti princeps, ob præsidii munitas Græcorum civitates, quas liberas esse a-
portebat, Antigono bellum faciens repellitur quidem à Demetrio: At Nicoclem, Paphiorum regem, cum propinquis mori cogit. Nec diu post patruem Antigoni Ptolomæum, ad se pellectum, cicuta tollit, hominem novarum rerum cupidissimum, qui hac morte patruo suo Antigono perfidiæ pœnas dedit. Superat de Alexandri stirpe soror *Cleopatra*, quam certatim duces ambiebant, matrimonii dignitate imperium firmatur. Ea ad Ptolomæum, nuper occupatis Græciæ civitatibus celebrem, animum adjecisse comperta, Antigoni fraude Sardibus primum custoditur, mox per corruptas quasdam mulieres nefarie *interimitur*. Talibus consumpti fati Philippi posteri, documentum dedere eximium humanæ fragilitatis & pœnarum, perjuros eorumque hæredes manentium. Nam intra triginta annorum spacium partas fraude & cadibus totius pene orbis opes, iisdem, quibus acquisiverat artibus, Philippi posteritas amittit. Cæterum annus post Alexandrum

Diod. l. 20.

Olymp. 117.

Joseph. l. 12.

*Antiq. c. 7.
C. 14. Mac.
cabeorum
libri.*

decimus tertius, quo Seleucus Orientem recepit, & Ptolomæus Palæstinæ Syriæque afflixit civitates, victo ad Gazam Demetrio, novum imperio Græcorum initium præbuit, ex quo scriptoribus Judæorum annos supputare Græci regiminis visum. Tum etiam Ptolomæus multos Judæorum deportavit in Ægyptum, quorum perspecta fide & religione, in honore eos habuit, & Alexandriam pari cum Macedonibus jure habitare permisit, Oniasaddi filio Pontifice Hierosolymorum.

Nec multum intervenit temporis, cum Duces Macedonum præcipui Regium sibi nomen palam sumere, sunt ausi. Nam *Demetrius*, Antigoni filius, Athenas aggressus, Pyræum cepit, sine quo Athenæ esse non poterant, Dedita urbe Demetrium Phalereum dimisit in Ægyptum, expugnatisque Cassandri præsidii, Athenenses, Megarenses, aliasque civitates Græciæ libertati restituit; ob quam rem summis eum ac pene divinis honoribus vana Græcorum ingenia affecere. Abhinc in Cyprum navigavit, captisque nonnullis oppidis, Salaminem terribili machinarum apparatu perseveranter oppugnavit, donec Ptolomæus suis auxilio veniens prælii navalis fecit copiam, quo nec sine clade, egregie victor Demetrius, Cyprum subegit totam, & ad patrem tunc temporis Antigoniam urbem ædificantem gratulandum misit nuncium Aristodemum Milesium.

Ptolomæus, ne ob acceptam cladem minoris apud suos autoritatis haberetur, se quoque regem dicit. Quibus auditis, Seleucus, Cassander & Lysimachus, & ipsi regiam sibi vendicant majestatem, ac pro uno multi subito emergunt reges. Hujus honoris ornamentis tamdiu omnes abstinuerant, quoad Alexandro justus

hæres fuit, verecundia justitiæ ardentibus ambitione animos paulisper reprimente. At postquam Cassander regii nominis hæredes ferro tollere non dubitasset, Antigonus etiam minimam nominis prædam de facili invasit, eoque exemplo tacitas reliquorum cogitationes in medium evocavit. Sed nec hujus nec illius posteris firmum mansit imperium, cælorum Rege injustas cupiditates perpetuis flagris castigante.

Eadem tempestate in Sicilia *Agathocles* Justin. l. 20. crudelis ambitio clarius eluxit. Is Carthagini inhiabat, & Ophellam Cyrenaicæ a Ptolomæo præpositum, in societatem traxerat, potiundæ rotius Lybiæ inanissima spectumentem. Conjunctum autem sibi cum maximis copiis scelerata fraude perdit, copias quoque amici suæ potestati subdidit. Comperto etiam, Bomilcarem Carthaginensis tyrannidis invasorem, militum fraude periisse, Regem se ipsum dicit, & Uticam urbem expugnat. Hinc relicto ad continuandum bellum filio Archagato, transiit in Siciliam, ut civitates, quæ Agrigentinarum ductu in libertatem se erexerant, ad obedientiam reducat. Sed dum ipsi cum Dinocrate exulum duce res est, Archagatus gemina a Pœnis clade afficitur, & in Uticensium compulsus urbem, magis obsidetur copiis. Igitur Agathocles, astu superatis Pœnorum classariis, & Siculorum præstantissimis facta truculentia necatis, in Libyam solvit, cladem Pœnis regesturus. Ibi armis inferior plurimos suorum amittit, sociisque deficientibus, eandem in alius fidem, qua ipse erat, reperit. Sed nec illi nec Pœnis propitius erat *Deus*, sanguinarios semper mortalium animos detestatus. Nam dum Pœni captivorum pulcherrimos diis immolant suis, incenso igni validus repente incumbit ventus,

Plut. Demetrio.

*Diod. l. 20.
Plut. Demetrio.*

Diod. l. 20.

ventus, raptaq; in proxima tabernacula flamma, cum univēris plurimos mortales absumit castris. Qui effugerant, in transfugas incidunt, ab Agathocle ad Pœnos tendentes, & ab iis pro hostibus trucidantur. Vicissim transfugæ igni castrorum, ad quæ iter intenderant, consernati, pleriq; aut à Siciliensibus, aut fociis, eelantibus omnia tenebris, miserabiliter necantur. Sic ad novem hominum

Justin. l. 23.

Diod. l. 20.

millia nefandæ Pœnorum aræ perdidērunt. Agathocles cladibus perculsus, clam exercitu in Siciliam refugit, qui relictum se à duce inter barbaros indignatus, Archagatum & Heracliden filios ejus trucidat, & cum Pœnis pacem facit. Ille in rabiem efferatus, Egēstanos ad pecuniam ei dandam collectos, inaudita crudelitate omnes interficit, & militum, qui in Africa erant, propinquos passim comprehensos jugulat. Mox rebus suis desperatis, tyrannidem deponere & in gratiam redire cum Siculis fera pœnitentia expetit. Dinocrate refragante. Hunc cum acie vicisset, in Italiam transit, & cum Brutiis Crotoniatisque gessit bellum. Dum hisce malis reliquis orbis ingemiscit, Romanis cum Samnitibus, Hetruscis, & Umbris cruenta etiam bella ducuntur. Satricum, Sora, Nola, Cluvia, Bovianum, variis expeditionibus, de Samnitibus captæ. Hetruscorum LXM. à Q. Fabio uno prælio caesa. Ab eodem dictator dictus L. Papyrius, quanquam inimicus, Samnites celeberrima victoria fudit. Appius Claudius viam à se dictam Româ Capuam versus munit, alter Cenforum Cajus Plautius, inventis venis, fontalem urbi aquam

Diod. l. 21.

Livius l. 9.

induxit. Enitūere tunc ingenia philosophorum, contrariis semet placitis, non minus quam Reges armis invicem oppugnantium, Crætetis, Thebani

Diog. Laert.

l. 2. 4. 9. 10.

Euseb. lib. 9.

pr. ap. Eban.

Solin. c. 65.

qui paupertatem, Pyrrhonis Eliensis, Josephi l. 12. qui dubitationem, Epicuri Atheniensis, qui voluptatem, Menedemi Etruriensis, qui honestatem, Xenocratis Chalcedonii, qui continentiam c. 30. & 30. docuit: Nec defuerunt historiarum c. 1. scriptores egregii, Megasthenes Persa, Agatharchides Cnidius, Hieronymus Cardianus frater Eumenis.

qui paupertatem, Pyrrhonis Eliensis, Josephi l. 12. qui dubitationem, Epicuri Atheniensis, qui voluptatem, Menedemi Etruriensis, qui honestatem, Xenocratis Chalcedonii, qui continentiam c. 30. & 30. docuit: Nec defuerunt historiarum c. 1. scriptores egregii, Megasthenes Persa, Agatharchides Cnidius, Hieronymus Cardianus frater Eumenis.

scriptores egregii, Megasthenes Persa, Agatharchides Cnidius, Hieronymus Cardianus frater Eumenis.

Haud scio an addam Menandrum, novæ auctorem comœdiæ, à regibus Macedoniæ & Egypti classe & per legatos petitem. Indigni certe Hostathanos, magices propagator, & Theodorus Athenis, qui literis memorentur, nisi cum seria profanitatis execratione.

PTOLOMÆUS SOTER, SELEUCUS NICANOR, DEMETRIUS POLIORCETES, LYSIMACHUS.

Am erant reges pro uno Alexandro Imperiū

multi, quemadmodum de imperio Græcorum

Græcorum Daniel prædixerat. Pto. Olymp. 118.

lomaus Egyptum, Antigonus cum De. Epochæ 153.

metrio Asiam, Seleucus Orientem, Lysimachus, & Cassander occidentales

Græcorum, barbarorumque provincias tenebant, cum de integro bellum Antigonus conflavit. Egyptum

enim omnibus modis Ptolomæo eripere tentabat, sed Deo adversante, Demetrio conatibus, Rhodios Demetrius Pausan. l. 1.

tantis vexabat apparatusibus, ut Poliorcetæ nomen ex admiranda urbium oppugnatione duceret. Verum

& illinc nomine, non imperio auctus abscessit. Ptolomæus egregie sustentans Rhodios, Soter ab iis dictus est. Multas tamen Græcorum civitates Sicyonem, Corinthum, Scyrum, Egium, alias, æmulorum nudavit præsidii, & in libertatem vindicavit, Cassandroq; Græcia pulso, Dux Græcorum appellatus est, eodem tempore, quo Romani Samnites maximis

damnis attritos, post 21. annorum bellum, petita tandem pace bearunt.

Libius l. 9.

damnis attritos, post 21. annorum bellum, petita tandem pace bearunt.

damnis attritos, post 21. annorum bellum, petita tandem pace bearunt.

damnis attritos, post 21. annorum bellum, petita tandem pace bearunt.

damnis attritos, post 21. annorum bellum, petita tandem pace bearunt.

damnis attritos, post 21. annorum bellum, petita tandem pace bearunt.

damnis attritos, post 21. annorum bellum, petita tandem pace bearunt.

damnis attritos, post 21. annorum bellum, petita tandem pace bearunt.

damnis attritos, post 21. annorum bellum, petita tandem pace bearunt.

damnis attritos, post 21. annorum bellum, petita tandem pace bearunt.

damnis attritos, post 21. annorum bellum, petita tandem pace bearunt.

damnis attritos, post 21. annorum bellum, petita tandem pace bearunt.

damnis attritos, post 21. annorum bellum, petita tandem pace bearunt.

damnis attritos, post 21. annorum bellum, petita tandem pace bearunt.

Cæte-

Diod. l. 10.
Justin. l. 15.
Pausanias
in Attic.
Appianus
Syriacis.
Plutarchus
Demetrio.

Ceterum Ptolomæus & Cassander, cæteri que alterius factionis reges, cum carpi se singulos ab Antigono viderent, dum privatum singulorum, non commune univerforum bellam ducant, per epistolas se invicem confirmantes, tempus locumque coeundi condicunt, bellumque omnibus viribus instruunt. Cui cum interesse Cassander propter finitimas Demetrii vires non posset, Lyfimachus cum ingentibus copiis in auxilium focis mittit. Lyfimachus Phrygiam majorem, Ephesum & Sardes, feliciter in potestatem redigit, neque Antigono ante Seleuci adventum facit copiam prælii, cogitque Demetrium è Græcia Asiam petere. Ptolomæus quoque omnes Cavæ Syriæ urbes, excepta Sidone, expugnat. Interim Seleucus peditum viginti millia, equitum duodecim, elephantos pene D. currus falcatos centum, in Cappadociam adducit, junctisque Lyfimacho copiis, prælium cum Antigono committit, in eo Antigonus jam octogenarius occiditur, Demetrius ex acie profugus, cum parte copiarum elabatur in Cyprum. E Cypro Athenas petit, quas ob reditæ libertatis memoriam quam maxime sibi fidas reputabat. Sed longe deceptus est suoque didicit damno, *ciuitates non tam amore & benevolentia, quam sæpius metu ductas, potentiores honorare*. Nam afflictum adverso prælio ne urbe quidem sua receperunt Athenienses, quem paulo ante victoriam Deum & Servatorem suum prædicaverant. Perosus vanitatem Demetrius, vacuus tunc ulciscendi virium, in Chersonesum navigat, & è Lyfimachi provinciis, quem focii reges negligebant, militem opesque venatur.

Paulo post insperata ei obrigit felicitas. Nam Seleucus ab India ad Oceanum totius potitus Asiæ, filiam

Demetrii in matrimonium postulavit. Conspicatus enim geminas inter Ptolomæum & Lyfimachum nuptias (nam alteram Ptolomæi filiarum sibi, alteram Agathocli filio copulaverat Lyfimachus) adjungendum sibi Demetrium nova affinitate judicavit. Igitur quanquam ex Apama Persica filium haberet Antiochum, tamen ei Stratonice, quam Demetrius è Phile Cassandri sorore genuerat, superinducere non dubitavit. Hanc dum ad novum generum deducere parat Demetrius, exsensione in Ciliciam facta, intercepti thesauros in castello Quindano depositos, ipsumque Plitarchum provincia illa exiit. Qui ne Cassandrum in bella nova accenderet; Demetrius Philen conjugem suam, Cassandri & Plitarchi sororem, deprecatur ad affinem Cassandrum misit. Hinc cum Siciliam & Sidonem reposceret Seleucus, dedignatus ejus avaritiam Demetrius, in Græciam expeditionem facit, expugnantisque fame Athenis veniam dat ingratitude. Ne Spartam occupet, novo impeditur infortunio, quod Lyfimachus Asiæ oppida, Ptolomæus totam Cyprum, excepta Salamine, interea occuparant. Dum ista fiunt Cassander viginti duos annos Macedoniæ dominatus, aqua intercutit, & vermibus è vivo corpore enatis moritur. Mortuo qui successerat, Philippus filius tubæ, post vententem annum, consumitur. Continuas illorum mortes seditio, & fæda, Cassandriæ domus strages sequuta. Antipater & Alexander fratres de regno dissidebant, Thessalonice mater, propensior Alexandro visa, à majore filio, cum vitam etiam per ubera materna deprecaretur, nefarie interimitur. Ob hæc igitur Alexander, in ultionem maternæ necis, gesturus cum fratre bellum, auxilium à Demetrio

metrio postulat; nec Demetrius, spe invadendi regni Macedonici, moram facit. Cujus adventum verens Lysimachus, persuadet genero suo Antipatro, ut malit cum fratre in gratiam redire, quam paternum hostem in Macedoniam admitti. Inchoatam igitur inter fratres reconciliatorem, cum præsensisset Demetrius, per insidias Alexandrum interfecit: Occupatoque Macedonia regno, eadem apud exercitum non fecisse se testatus, sed occupasse ab Alexandro structas insidias, excusat facile & commemoratone scelerum Cassandreae domus in Alexandrum & stirpem regiam, mitigato populo, Rex Macedoniae appellatur. Lysimachus quoque cum bello Doricetis (Plutarchus Dromichætem nominat) Regis Thracum premeretur, ne eodem tempore & adversus Demetrium dimicare necesse haberet, tradita ei parte generi, pacem ultro amplectitur. His peractis, Seleucus Bactris, Hyrcania Indiaque positus, Nicanor à continuis victoriis appellatur. Urbes condidit plurimas: In memoriam paterni nominis decem & sex Antiochias, in honorem matris sex Laodiceas: novem sui nominis Seleucias; tres Apamias, Stratonicem unam, uxorum nominibus insignitas. Alias præterea multas, aut à Græcia aut à Macedoniae urbibus, aut ab operibus quibusdam suis denominavit. Earum clarissima erat Seleucia ad Tigrim, per quam Babylon desolata est, ut divini prophetae prædixerant. Cumque LXII. teneret provincias Seleucus, uxorem tamen Statonicam à filii libidine immunem tenere non potuit. Persuasus enim ab Erasistrato medico, Antiochum insanabili ob novercæ amorem morbo flagrare, cui solus rex tradita conjugemederi posset consentit impuro consilio, regemque filium & novercæ

maritum fecit, sibi duntaxat Asia, quæ intra Euphratem & mare mediterraneum est, ad vitæ tempus reservata.

Porro Demetrius Thebis expugnat, amotoque Pyrrho, bellicoso Epiri Rege, qui Macedonia inhiabat, Asiam paternum regnum recuperare statuit, cum dudum à se Macedones superbia & voluptatum studiis abalienasset. *Matrem enim hi tyrannum, legem fore regem existimabant.* Quare parum profecit sua expeditione Demetrius, quantumvis ad centum millia peditum, duodecim comparasset equitum, & naves fere quingentas. Etenim Ptolomæus, Seleucus, & Lysimachus, experti priorum certamine, quantæ vires essent concordia, pacta societate, adunatisque exercitibus, bellum in Europam transtulere, adjuncto sibi Epiri rege Pyrrho, quem Macedones maximi faciebant. Cum ergo Lysimachus Beream, Ptolomæus Græcia urbes expugnaret, Pyrrhus Demetrii corripuit exercitum, ipsoque in fugam acto, regnum Macedoniae occupavit, parte ejus Lysimacho relicta. Phile conjugum una Demetrii (nemo enim regum illo in libidines projectus) tam multiplicem fortunæ mutationem execrata, voluntaria se morte subtraxit ignominia. Antipater Cassandri filius, à Lysimacho socero, quod regnum sibi ademptum inani ter quereretur, necatus est: atque ita universa Cassandri domus, Alexandro seu necis ipsius, seu stirpis extinctæ, penas partim cæde, partim supplicio, partim parricidio luit. Porro Demetrius, amissa ob iniquitatem potius suam, quam fortunæ, Macedonia, deposuit septimo anno regni insignia, resumptisque quo colligere poterat, copiis in Asiam transivit. Ibi traditam ab Eurydice Ptolomæi filiam accipit. Sardesq; & alias

Justin. l. 16.

Appian. in
Syriacis.
Plin. l. 16.
cap. 26.
Strabo l. 16.

Val. Max.
lib. 5. c. 7.
Plutarchus
Demetrio.

alias nonnullas urbes occupat. Verū ab Agathocle, Lyfimachi filio, com-
 meatu interclusus, fame, lue, aliisq;
 infortuniis maximam exercitus par-
 tem perdit, & ad Seleuci se opem ap-
 plicare cogitur. Quam ne impetra-
 ret, effecit Patrocles Seleuci amicus,
*intutam asserens imperio & formido-
 losam tanti hostilis presentiam.* Oppu-
 gnatus igitur, à Seleuco Demetrius,
 & ad desperationem adactus, fortiter
 se defendit, periculosamq; fortissimo
 licet adversario, belli aleam ex salu-
 tis suæ desperatione reddidit. Tan-
 dem destitutus à militibus, & ad in-
 star feræ, obstructo undiquaq; exitu,
 percussus, Seleuco se dedit: *Cujus
 gratiam quo minorem experiretur, ni-
 mis aulicorum studiis effectum est.* Per-
 suasi enim, maximo eum in honore,
 futurum apud regem, certatim ad ip-
 sum honorifice deducendum profi-
 liunt, & Seleuci misericordiam am-
 bitiosa hac adulatione in tristem
 vertunt invidiam. Misso enim cum
 valida cohorte Pausania, Demetrium
 comprehendit, & in Cherronesum
 Syriacam deportari jubet, ubi per
 triennium captivus, *lusu & ebrietate
 acriores de infortuniis suis cogitationes
 sepeliit,* datisque ad filium Antigo-
 num literis, pro mortuo se deinceps
 habendam scripsit. Antigonus Græ-
 cix quasdam tenebat urbes, Pyrrrhū
 autem Lyfimachus, paulo ante soci-
 um, Macedoniā rursus eiecerat. Inter
 Diod. Sicul. hæc Sicilia Agathocles digno, ut fieri
 fragm. l. 21. assolet, tyrannide fato perfunctus
 Justin. l. 23. est. Mænon ei exoletus venenatum
 supposuit scalprum, quo dum dentes
 purgat, infecta veneno gingiva, per
 omnes mox nervos articulosque vim
 humoris pestiferi diffudit, tyrannus-
 que velut intestino singulorū mem-
 brorum bello, horrendum in mo-
 dum impetitur. Ex eâ desperatione
 oborto inter filium nepotemq; Aga-
 thoclis dissidio, nepos ejus Archaga-

Plutarchus
 Demetrio.

Plutarchus
 Pyrrho.
 Diod. Sicul.
 fragm. l. 21.
 Justin. l. 23.

thus regnum sibi vindicat, Agatho-
 clem patrum trucidat, trucidatum
 in mare abjicit. Crescentibus hinc
 cura & ægritudine morbis, senior A-
 gathocles, Taxenam uxorem geni-
 tosque ex ea duos parvulos, mittit in
 Ægyptum, vivusque cremari expetit,
 & crematur, cum regnasset annos 28,
 vixisset 72. Eo sic extincto, & bonis
 publicatis, Mænon receptus ab exer-
 citu, Archagatum dolo interficit;
 potitusque rerum, Syracusanis bel-
 lum infert, qui adjutum à Carthagi-
 niensibus recipere urbe coguntur,
 mercenarios dimittunt. Mercenarii
 milites suscepti à Messeniis, infando
 scelere noctu omnes suos obrun-
 cant hospites, ductisque illorum u-
 xoribus, urbem potestatis suæ faci-
 unt, & novo nomine Marmarinam
 abinde appellant.

Per idem ferme tempus Ptolomæus Justin. l. 16.
 Lagides, qui & Soter, ex Eurydice, Diogen.
 Antipatri filia, susceptos liberos Laert. l. 9.
 sprevit, & contra jus gentium Pro-
 lomæo minimo natu, quem ex Bere-
 nice genuerat, tradidit regnum, fru-
 stra dissuadente Demetrio Phalereo,
 & dicente, non habiturum amplius
 regem, quod in alterum, licet filium,
 transfuisset. At Ptolomæus omni
 regno pulcrius regis esse patrem ju-
 dicabat.

Dum hæc in Ægypto fierent, Lyfi- Plutarchus
 machus Pyrrho, cui nupta erat Anti- Pyrrho.
 gone, una filiarum Ptolomæi, ade- Memn. l. 12.
 mit Macedoniam, & Heracleam, Justin. l. 16.
 antiquissimam Thebanorum colo-
 niam, interfectis Clearcho & Oxa-
 thre tyrannis, clientelæ suæ subdi-
 dit. Ea urbs Clearchum Satyrum,
 Timotheum, Dionysium, ex ordine
 sibi succedentes habuerat principes:
 Pōstremi Dionysii viduam, Ame-
 strin nomine, Lyfimachus sibi socia-
 rat. Postea vero translato in Arfino-
 en, aliam Ptolomæi filiam, amore,
 Amestria & Lyfandram repudio di-
 miserat.

iniferat. Amestris, cum Heracleam in proprium se recepisset regnum, diro filiorum scelere in mari submersa, vindicem parricidii Lysimachum quondam maritum habuit, veteris igniculos amoris adhuc animo persentientem. Petenti ergo Arfinoæ concessus Heraclea dominatus, quæ mulier senectutem Lysimachi ad immania facinora impulit, exemplumq; dedit mortalibus fraudis nobercalis juvenularum in privignos, laudatioribus matronis genitos. Nam delirus amore Lysimachus, in finitum novetæ Arfinoës, Agathoclem filium, è Lysandra ipsius Arfinoës sorore natum, sustulit veneno, quem & antea in successionem ordinaverat, & multa pereum prospere bella gesserat. Parricidium secuta principum cædes sunt, luentium supplicia, quod egregium animi juvenem nefarie occisum dolebant. Terra motus antea Hellepontis & Cherfonesis regiones concusserat, & Lysimachiam quoque everterat urbem, à Lysimacho conditam: ruinam regno stirpique Lysimachi portendens. Nam & hi, qui cædibus superfuera, & hi, qui exercitibus præerant, odio parricidæ & delirantis libidine senis, ad Seleucum deficiunt, eumque prorum jam ad id ex æmulatione gloriæ, bellum Lysimacho inferre compellunt. Inter eos Phileæus erat, omnem Lysimachi pecuniam tenens, qui occupato Pergamo, se cum gazis omnibus Seleuco tradidit. *Ultimum hoc certamen commilitonum Alexandri fuit, & velut ad exemplum fortunæ par reservatum.* Lysimachus quatuor & LXX. annos natus erat: Seleucus septem & LXX. Sed in hac ætate animos juveniles, imperii que insanabilem ambo reges gerebant cupiditatem. Quippe cum orbem duo fere soli tenerent, angustiis sibimet inclusi videbantur,

avaritiaque sinem, non imperii terminis sed vite spatii metiebantur. In eo 12. & 13. bello Lysimachus, amissis ante variis casibus XV. liberis, non instrenue moriens, postremus domus suæ ruinæ cumulus accessit. Trajecit eum pilo Malacon, vir Heracleensis. Heraclea mox Malaconis patria, reginæ Arfinoæ data dono, procuratorem ejus Heraclitum in vincula misit, libertatemque tot annis perditam mascule recuperavit. Regnavit Lysimachus & Satrapa fuit annos XL. Corpus ejus jam rabi- dum, indicio canis repertum est. Lætus victoria Seleucus, victoremq; se victorū orbis ferens, non multo post & ipse fragilitatis humanæ exemplū fuit. Quippe post menses admodum septem à Ptolomæo, cujus sororem Lysimachus in matrimonio habuerat, cujusq; opera Agathoclem filium occiderat, victoremq; se victorū orbis ferens, per insidias circumventus, in Macedonia, quam reliquæ vitæ hospitium delegerat, trucidatur, anno post mortem Alexandri XL. Ita imperium orbis, quod Seleucus pene solus semestri spatio tenuerat, iterum in partes suas laceratum varii rapuere. Macedonia totius orbis prædatrix, XL. annis duodecim reges passa, aliis vicissim largiter prædæ fuit. Nam post Alexandrum Antipater & Craterus eam habuerunt, hinc Aridæus & Eurydice, mox illis interfectis Olympias & Polysperchon, Olympiadem & socios ejus Cassander sustulit. Cassandri tres filii, Philippus, Antipater & Alexander, cada-vera regum potius, quam reges, Pyrrhum & Demetrium pro adiutoribus successores sunt nacti Pyrrhum Lysimachus, Lysimachum Seleucus, Seleucum Ptolomæus dejecit, mox ipse etiam novæ cladis documentum seculis daturus. Sub has Macedonum tempestates Itolorum sanguine res Romana crevit.

Justin. l. 17.

Pausanias h. 1.

Strabo. l. 15.

A. M. 3690.

Appianus Syriac.

Pausanias in Atticis. A. M. 3691. Appianus in Syriacis.

Primum Hernici, movere bellum Lib. 1. 9. quam

quam gerere meliores, in deditio-
nem accepti. Aequorum unum &
XL oppida intra dies sexaginta à
Sempronio & Sulpitio Coss. oppu-
gnando capta, pleraq; eorum diruta
atque incensa, nomenque Aequorum
prope ad interuersionem deletum.
Et exemplo eorum calamitas fuit,
ut Marrucini, Marfi, Peligni, Ferenti-
ni, mitterent Romam oratores pa-
cis petendae amicitiaeque.

Lib. l. 10.
Diod. Sic.
l. 20.

Nec felicior existit Cleonymi
Spartani *expeditio*, qui Tarentinis au-
xilio venerat. Transgressus enim è
Corcyra Thurios, ab Amylio Coss. in
naves compellitur. Inde circū navi-
gatis Italiae littoribus, cum ad Vene-
tos pervenisset, eodē accipitur modo:
Vix quinta parte navium incolumi,
nulla regione maris Adriatici prospere
adita, inglorius Corcyram recessit.
Paulo post Romae nova ambitio in-
valuit. P. Decius persuasit rogationē,
ut quatuor Pontifices, quinque Au-
gures è plebe crearentur. Ita octo
Pontificum, novem Augurum nume-
rus factus, eodem fere anno, quo Si-
Chron. Sir. mon. Onix filius, Jaddi nepos, sum-
50. Lib. l. 10. mum Dei Opt. Max. Sacerdotium
apud Judaeos accepit & inijt, vir ju-
stus, omnique sacrorum cura egre-
gius, cui insigne Siracides elogium,
insignis ipse doctor posuit.

Joseph l. 13.
c. 2. Euseb.
Chron. Sir. mon.
50. Lib. l. 10.

Dehinc *Samniticum bellum* revi-
xit, quoniam fervientibus pax gravi-
or, quam infelix bellum videbatur.
Igitur Lucanos infestando protecto-
res eorum Romanos denuo sibi faci-
unt hostes. Creati Q. Fabius Ma-
ximus quartum, P. Decius Mus tertium
Coss. Samnites pertinaci praelio
fusi, Samnium ab utroque Consule
pervastatum est.

Margantia Romulea, Ferentinum
capta. Similiter Appius & Volu-
manius Coss. Hetruscos Gallosque
Samnitibus factos socios, egregie ex-
cepere: Septem millia ac trecenti ho-

stium occisi, plusquam 2000. capti-
Victor Volumnius, Samnites praeda
impeditos affecutus, Statium Egna-
tium ducem eorum capit, sex millia
cedit, duo millia & quingentos ven-
dit; Captivorum 7400. recepit. Cum
praeda ingens sociorum in militum
manus venisset, acciti edicto domini
ad res suas noscendas, recipiendas-
que praedituta die: quarum non ex-
stitit dominus, militi concessae: *coa-
ctique vendere praedam, ne alibi quam
in armis animum haberent.* Resecti in-
de Coss. Fabius V. P. Decius IV. Viri
nati militiae, *factis magni, ad verbo-
rum linguas, certamina rudes,* adver-
sus quatuor populos, Samnites, He-
truscos, Gallos, Umbros legiones du-
cere iussi. Unam enim legionem, cui
praerat L. Scipio, Galli ad Clusium de-
leverant, In praelio P. Decius, cum fe-
rocious instarent hostes, exemplū pa-
tris hortamen ingens ad omnia pro
Rep. audenda, secutus, piaculum *Florus l. 2.
se luendis exercitus periculis fecit, c. 17. Sextus
confectusque vulneribus, lictores Aurel. Vict.
M. Livio Pontifici, qui devoventi
se verba praeverat, tradidit. Inter-
rim Fabius in dextero cornu pri-
mum cunctator, inde fatigatis ho-
stibus audacior, concitatis vehemen-
ter legionibus adversam aciem in
fugam impellit. Caesa ea die hosti-
um XXV. millia, octo capta. Nec
incruenta victoria fuit. Nam ex P.
Decii exercitu VII. M. perierant, ex
Fabii mille ducenti.*

Hac strage nec in Samnitibus ad-
haec, nec in Hetruria pax erat. He-
truscorum iterum Fabius ingentem
fecit eadem, Appius Volumniusque
Procos. Samnites, licet ab ultima
spe dimicantes, caesis rursus XVIM.
non pervicere, quin ultra sextum &
quadragesimum annum bellum,
cum Romanis ducerent. Credo pro-
digia addidisse animū, quod in exer-
citu Appii plerosq; fulminibusictos
confra-

constaret. Adeo ne infeliciter quidem defensæ libertatis tædebat, & vinci, quam non tentare victoriam malebant miseri. Imo quod vix victor auderet (*tantum desperatio ultima temeritatis facit,*) Attilii Cof. castra oppugnare haud omnino vane ausi sunt. Aequo pæne Marte discelfum, Romani castris defensis contenti, sequentibus etiam diebus difficiles pugnas habuere, ægreg; Attilius, votâ Statori Deo æde, fugientes legiones cœrcuit. Romanorum 7000. Samnitum 4000. cecidere.

Lib. l. 10.

Cof. deinde L. Papyrio Cursore & Sp. Carvilio, ante pugnam jurare coactus miles Samnitium, diroque carmine in execrationem capitis, familiæq; & stirpis obstructus, nisi esset in prælium, quo imperatores duxissent: & si aut ipse ex acie fugisset, aut si quem fugientem vidisset, non exemplo occidisset. Primoribus ea detestatione obligatis dictum, ut vir virum legeret, donec sexdecim M. numerum confecissent: Paulo plus XX. millium alij exercitus fuit. Concursum cum Papyrio est ad Aquiloniam, Carvilio Cominium urbem obsidente. Ibi nec Papyrio obfuit sinistrum auspiciam, quo minus vinceret, nec Samnitibus furiale carmen, quin vincerentur, profuit. Impulsi enim acerrimo Romanorum impetu, jurati pariter injuratiq; fugiunt, nec ullum amplius numen, præter hostes, metuunt. Sic cæsa ad Aquiloniam ultra xxx. millia, capti ad tria millia. Eademque fortuna ab altero Cof. ad Cominium gesta res. XV. millia in fidem venerunt, cæsa ultra quatuor millia, eodemque die Aquilonia & Cominium desagravere. Optimum visum imperatoribus, quo magis fractæ res Samnitium essent, eo pertinacius & infestius agere. Cætera igitur oppida expugnata, resistentes quique cæsi, captivorum opumque

maxima præda capta, Cof. triumphus omnium consensu delatus.

Sequens annus Fabium Gurgitem *Epitom.* Cof. habuit, qui ad persequendas Samnitium reliquias missus, tamperdite rem gessit, ut remotus esset ab exercitu, nisi pater iturum se filio legatum pollicitus, suis consiliis Samnites divicisset. Tum C. Pontius Imperator Samnitium securi percussus, tandemque pacem petentibus, fœdus quarto renovatum est, cum Romani pestilentia victi, pro Esculapio serpentem ex Epidaurum advexere.

Ad extremum P. Cornelius Rufinus, Marius Curius Dentatus, ambo Cof. contra Samnites missi, ingentibus eos confecerunt præliis, bellumque cum Samnitibus per annos novem & LX. actum tandem sustulerunt. Ruina urbium diruta, ut Samnium in ipso Samnio requiratur, nec facile appareat materia quatuor & triginta triumphorum. M. Curius in concione dixit: *Tantum cepi agri, ut solitudo futura fuerit,* nisi tantum hominum cepissem: tantum porro hominum cepi, ut famperituri fuerint, nisi tantum agri cepissem. Legatis Samnitium aurum offerentibus, cum in foco ipse rapa torreret: *Malo, inquit, hæc in scitilibus meis esse, & aurum habentibus imperare.* Nullus hostis fuit intra Italiam, qui libertatem Romanis carius quam Samnites vendiderint.

In hæc tempora collocantur ab Eusebio, Laërtio, Plutarcho, Suida, & aliis, *Philosophi*, Strato Lampiscenus, successor Theophrasti, Stilpo Megarensis, qui opibus amissis, nihil se amisisse dictitabat. Arcefilas Cratetis discipulus, novæ Academiæ fundator, & Zeno Citicus, Stoicorum sectæ conditor.

Poeta: Theocritus Bucolicorum

Joseph. l. 12. c. 2. Diod. in frag. l. 21. Suidas. Tzetz. Joseph. l. 12. c. 2.
 scriptor, Cratinus, Alexis Thurius & Philippides Comici, Theodectes Lycius Tragicus, oculis captus, quod divina mysteria fabulis deturpasset, exoratoque Deo valetudini restitutus. A Diodoro Siculo memorantur *Historici*, Diallus Atheniensis, Psaon Platænsis, Timæus & Callius Syracusani. A Suida Hecæus Abderita, qui libros Judæorum ab ipso Deo traditos scripsit, ideoque res illis consignatas attingere, nefas esse poetis, ne profano ore sacra oracula polluantur. Seleuco historicos adjungit Anaxicratē & Asclepiodorum Tzetzes Historia 118. Onias, Jaddi fil. Judæorum Pontifex, ab Ario Spartanorum Rege peramica epistola honoratus, Simeoni Justi filio reliquit Sacerdotium

Joannes Tzetz. Joseph. l. 11. c. 2. Euseb. Chron. 1. Macc. 12.

PTOLOMÆUS PHILADELPHUS, ANTIOCHUS I. SOTER, ANTIOCHUS II. DEUS, ANTIGONUS GONATES, DEMETRII FILIUS, PYRRHUS EPIROTA.

Olympiade 124. ad successorum Alexandri filios Asiæ Europæque imperium defluxit, quo tempore Ptolomæum Lagi filium, Lyfimachum & Seleucum, mox & Ptolomæum Ceraunum obiisse, libro secundo commemorat Polybius, & in idem tempus Achæorum Republicæ initium confert, duabus è duodecim urbibus Dymæis & Patrensisibus inter se primam societatem pactis, quibus deinde reliquæ consenserunt. Tunc igitur Ptolomæus I. quadagesimo post mortem Alexandri anno, regnum Ægypti, Africæ, & Cyprireliquit filio, qui quod sororem Arsinoën, præter leges gentium, impuro quodam Ægypti instituto, in amore & matrimonio haberet, *Philadelphus* à Græcis appellatus est. *Sterile autem & infelix conjugium,*

Polybius l. 2

Pausanias l. 1. A. M. 3688.

contra leges facti initum fuit. Regi honori fuit honor, quem doctorum virorum impendit ingenuis. Stratonem Philo- Strabo l. 13. phum, Præceptorem suum, LXXX. talentis remuneratus est. Aristotelis, qui primus Bibliothecam congregavit, Joseph. l. 12. imitatione, Demetriique Phalerei & Antiq. c. 2. aliorum eruditorum consilio incho- Diogen. L. 4. atâ à patre bibliothecam Alexandria, ert. l. 5. conquisitis undiq; libris, instructissimam reddidit. In eam quoque divinos Judaicæ gentis libros illaturus, LXXII. interpretes à Pontifice impetravit Eleasaro, Oniæ filio, quorum opera conversis in Græcam linguam lege Judæorum & Prophetis, summo orbem terrarum beneficio affecit, cui hoc pacto divina mysteria, in quibus solis mundi salus continetur, sermone vulgarissimo tradita innotescere cœperunt. Liberalitate Euseb. Chr. fuit plane regia, quam in liberis im- Joseph. l. 11. primis exercuit civitates. Judæorum c. 2. Mem- 120. millia servitute, quam in Ægypto non c. 26. serviebant, liberavit, Pharum insulam, jactis in altum molibus, artificio Sostrati Cnidii, Isthmum fecit, navigantibus opportunissimum.

Huic regi frater erat, major natus, cui ob violentam & præcipitem audaciam, *Cerauni*, id est, Fulminis nomen inditum. Eum regno exclusum à Patre, Seleucus Nicanor, quod Lyсандram ejus sororem pro conjuge amaret, benigne apud se habuit, nec sine promissis, fore ut defuncto Ptolomæo magno, in paternum Ægypti regnum restitueretur. Sed *hanc in hominem improbum beneficia fuisse, qui tantum abfuit, ut benefactori gratiam referret, ut eum regno pariter viæque spoliaret.* Patrato sceleris, celebris equis è Macedonia Lyfimachiam contendit, profectusque ad exercitum, ob memoriam paterni nominis, & favorem ultionis Lyfimachi, rex declaratus est. Assump-
 pra

pta deinde classe & copiis, cum Antigono Demetrii filio, qui in Græcia se continebat, paternumque regnum quibuscunque poterat viribus, repetere conabatur, conflixit prospere, Antigonoque in Bœotiam amoto, Macedoniam obtinuit. Mox majora ausus, sororis suæ Arsinoës, Lyfimacho quondam nuptæ amorem omni arte sibi conciliat, eamque profano Ægyptiorum ritu maxima pompa suo applicat toro. Promissa & puerorum Lyfimachi adoptione, Cassandriam intrat, Arsinoæ urbem propriam: Antiochum Seleuci filium, fratrem suum Ptolomæum, & Pyrrhum Epiri regem vario mitigat artu. Externo autem metu deposito; impium & facinorosum animum ad domestica convertit scelera, sororis suæ filios, quos interpositis capitibus suæ ultimis execrationibus adoptaverat, in gremio matris, inter ipsa oscula trucidat. Ipsam conjugem & sororem, in Samothraciam eiecit exulaturam, eo miseriorem, quod cum filiis ei mori non licuit. Dixit iustas illam pœnas necatis novercali odio privignis orbitate pependisse & ignominia. Sed nec Cerauno inulta scelera fuerunt. Quippe Deo iusto tot perjuria & tam cruenta parricidia vindicante, brevi post à Gallis spoliatus regno, captusque, vitam ferro, ut meruerat, amisit.

Namque Galli (Græci Celtas & Galatas vocant, Danubii & Rheni accolæ eos professi) abundanti multitudine, trecenta millia hominum, ad sedes novas quarendum, tribus ante seculis emiserant. Ex his portio in Italia confedit, quos & Romam incendisse diximus: alia portio Illyricos sinus per strages Barbarorum, penetravit, & Pannoniam tenuit. Gens aspera, audax, bellicosa; per multos annos cum finitimis variâ bella gesserat: Hac tempestate, hor-

tante successu, divisim agminibus, alii Græciam, alii Macedoniam, omnia ferro proterentes, perivere. Nec qui in Italia erant, Romanis quietem dabant. Occiso enim ad Aretium cum legionibus L. Cæcilio, nec legatis, qui ad redimendos captivos venerant, pepercere Itaque à Curio, & P. Cornelio vicissim debellati, qui militari ætate erant, plerique perierunt. In eorum agros Sena colonia deducta. Nec Bojorum deinde, Tyrrenis conjunctorum, melior fortuna fuit, fugati à Romanis casique sunt.

At alibi tantus terror Gallici Nominis erat, ut etiam reges non lacerari, ultro pacem ab iis ingenti pecunia mercarentur. Solus rex Macedonia Ptolomæus adventum Gallorum intrepidus audivit: hisque cum paucis & incompositis, quali bestia nondifficilius quam scelera patrentur, & parricidiorum furis agitatus, occurrit. Igitur duce Belgio, Galli Macedones acie superant, Ptolomæus faucibus capitur; caput ejus amputatum, & lancea fixum ad terrorem hostium circumfertur: paucos ex Macedonibus fuga servavit, ceteri aut capti aut occisi. Desperantibus salutem, qui antea caelo proximi sibi videbantur, Sosthenes è Macedonum ducibus unus, contracta juventute, Gallos victoria exultantes compefcuit, & Macedoniam ab hostili populatione masculè defendit. Ob quæ virtutis beneficia, multis nobilibus regnum Macedonia affectantibus, ignobilis ipse præponitur: cumque rex ab exercitu appellatus esset, ipse non in regis sed in ducis nomen jurare milites compulit.

Interea Brennus, quo duce portio Gallorum in Græciam se effuderat, adunatis CL. millibus peditum, & XV. millibus equitum, in Macedoniam irrumpit, occurrentemque cum instructo exercitu Sosthenem facile pro-

Justin. l. 24.
Pausanias
in Attic.
Appianus
Syriacis.
Memnon
ap. Photi-
um cap. 15.

Aventinus
l. 1.

Polyb. l. 2.
Epitome
Livii l. 12.
Dionys.
Legat. ex-
cerpta. 5.

Justin. l. 24.

Justin. l. 24.
Diod. l. 22.
Pausa. l. 10.
Olymp. 125.
an. secundo.

profigat, victor totius Macedonia
 agros deprædatur. Inde scurriliter
 jocatus, locupletes Deos largiri ho-
 minibus oportere, iter Delphos ver-
 tit, templum in rupe Parnassi situm
 exspoliaturus, quod à quatuor ho-
 minum millibus custodiebatur. Gal-
 li præda incitati, simul & hesterni
 mero semicibrii, sine respectu pe-
 riculorum montem ascendunt, sed
 partim saxo, partim obruantur ar-
 mis. Procurruunt simul sacerdotes
 vatesque dæmonum, quibus sacra-
 tus erat locus, terrorem tremorem-
 que ingerentes recordibus sacrile-
 gis. Accessit deinde tempestas & fri-
 gus cum grandine, sauciosque ex
 vulneribus Gallos terribilibus
 absumpsit, Dux ipse Brennus, cum
 dolorem non ferret vulnere, pug-
 nione sibi vitam abruptit. Reliqui ci-
 tato agmine Græcia excedentes, va-
 riis casibus sunt obruti, cruentæque
 expeditionis cruentum finem dedere.
 Nec multo felicior Pyrrhi, Epirota-
 rum regis, in Italiam expeditio fuit,
 ambiguo Apollinis delusi oraculo.
 Responderat, *Ajo te Æacida Romanos
 vincere posse.* Occasio belli à Taren-
 tinis orta, semigræca civitate, qui
 adremigantem littori suo Roma-
 norum classem occiso duce diripue-
 rant, legatos ad repetendas res mis-
 sos affecerant contumeliis. Philoni-
 des scurra Tarentinus, Posthumium
 ob Græcæ linguæ imperitiam à po-
 pulo irrisum, obscœnis rebus adsperserat.
 Scurra facinus risu potius
 probatum Tarentinis, quàm severâ
 indignatione castigatum, ita aspera-
 vit Romanos, ut ignominiam sangui-
 ne Tarentino eluendam, ducerent.
 Ethsi igitur Lucani, Brutii, Hetrusci,
 Samnites, eodem tempore infesti es-
 sent Quiritibus, tamen benè in om-
 nes pugnando, tantum Tarentinis
 metum fecere, ut Pyrrhum, clarissi-
 mum bellis regem, quem antea in-

A. M. 369.

Flor. lib. 1.

Plutarchus

Pyrrho.

Epitome

Libii. l. 12.

Dionys. ex-

cerpt. c. 4.

Justin. l. 1.

Pausan. l. 1.

Corcyra occupanda iuverant, defen-
 sorem advocarent.

Pyrrhum Cyneas orator, Demo-
 sthenis discipulus, qui haud paucio-
 ra oppida lingua, quam Pyrrhus ferro
 subegisse scribitur, ab expeditione
 revocabat, *tutiorẽ demonstrans &
 justiorẽ esse requiem, quã ante cades
 & pericula ceu divinitus data capere-
 tur, quã quã debellato etiã univër-
 so orbe, possi datã acceptã, g. clades ab
 incertã speraretur sorte.* Verum Pyr-
 rhus dimittendã, quam habebat, feli-
 citatis, quam spei castigandã prom-
 tior, ipsum Cyneam cum tribus mil-
 libus armatorum Tarentum præmi-
 sit, secutus ipse cum 25000. Ele-
 phantis duobus & viginti, veritatem
 prudentissimi sermonis exemplo ro-
 boravit suo. Primo quidem confli-
 ctu Romanis superior *Val. Levinum
 Cos. atroci pugna vicit.* Elephantum
 novo odore ac specie cõsternati equi
 Italici, equitesque, fugam stragem-
 que latè dedere. Sed tantum tamen
 regis ipsius periculum fuit, ut da-
 mnata armorum spe, calliditate ma-
 luerit quam vi Romanos oppugna-
 re. Igitur interemptis in prælio cre-
 mavit, captivosque indiligenter ha-
 bitos, sine pretio eis restituit. Totam
 deinde trementem Campaniam, Li-
 rim Fregallasque populatus, à vice-
 simo lapide oculos trepidã Romã
 fumo ac pulvere replevit. Hinc Cy-
 nea in urbem missa, muneribus ver-
 bisque omni arte annexus est, ut Ta-
 rentinis securitatem, sibi amicitiam
 à Romanis impetraret. Et jam propè
 decreta res erat, cum Appius Clau-
 dius præ senio oculis captus, *damno-
 sam Reipublicã pacem esse aperuit, cum
 impunitate acceptã ignominia, & vi-
 ctoria confessione, ab hoste expressã.*
 Tanta tunc patrum virtus, tanta con-
 tinentia fuit, ut *confessum sibi regum
 visum esse diceret Cyneas.* Repara-
 tum igitur ex sententia Appii bel-
 lum,

Epitome
Liuii l. 13.
A. M. 3693.

lum, & Marco Curio, Cajoque Fabricio Coss. demandatum, in Apulia apud Asculum meliore Marte gestum. est. Anceps fuisse prælium tradunt, Quippe belluarum terror exoleverat, & C. Minutius quartæ legionis hastatus, unius proboscide abscissa, mori eas posse ostenderat. Fortissimè autem pugnante Pyrrho, non ante cladi finis fuit, quam nox dirimeret prælium. Plutarchus ex Dionysio ait, cecidisse utrinque milia hominum quindecim, addente Pyrrho: *Si adhuc unum prælium vicerimus, omnes perimus.* Eo bello magna C. Fabricii integritas eluxit. Nam & oblatam sibi à rege imperii partem

Plutarchus
Pyrrho.

Epitome
Liuii l. 14.

& pecuniam generosè repudiavit & medicum venale ejus caput offerentem, justissimè remisit. Postea domi Censor decem pondo argenti facti, circa Rufinum Consularem virum, quasi luxuriam dignitate punivit. Alia longè mens Decii Rubellii existit. Is cum legione Campana præsidio Rheginis missus ab urbe, occisis civibus, facultates fœminasque eorum divisit præsidiariis, exemplum imitatus popularium suorum, qui eodem scelere Messenios tractaverant. At mox Rubellius oculorum in valetudine tentatus, à medico sic curatus est, sicut ab ipso Rheginorum civitas fuerat. Cantharidibus enim inunctus oculos, visum medici fraudè amisit. Victis postea Tarentinis, legio tota à Romanis obfessa, & cladibus confecta, variis, tandem deditione facta, securi cervices impias præbuit.

Epitome
Liuii l. 15.
Polybius l. 1.
Plutarchus
in Pyrrho.
Pausanias
lib. 1.

In Sicilia interim tyranni erant, Hicetas Syracusis, Phintias Agrigentini, Tyndarion Tauromenii, urbiumque minorum alii. Coacti ergo malis Siculi, cum Carthaginenses, obfisione etiam Syracusas premerent, ad Pyrrhum confugiunt, qui ex Lannassa, regis Siculorum Agathoclis,

filià, Alexandrum filium susceperrat. Pyrrhus jam belli periculus Italicæ, facillè exoratur, exercitum in Siciliam transportat. Tarentinis præsidio interim imposito. Ibi Siciliam ferè omnem in potestate habens, honorificam à Carthaginensibus oblatam pacem arroganter aspernatur. Lilybæum quoque & universum Siciliæ dominium eis adimere, inde Africam aggredi cogitans. Sed festivè jocatus in hunc regem fertur Antigonus Deometrii, qui tunc Macedoniam tenuit, *cum instar aleatoris multa & præclara jacere, jacta autem prudenter locare non posse. Dum enim mediocri felicitate superbe utitur, nimiam appetendo, quam tenere potuerat, amisit.* Perosis enim suspicaces ejus insidias Siculis, partimque ad Sofratum, partim ad Mamertinos, partim ad Carthaginenses deficientibus deferi se conspicatus Rex, omisiss Siculis, Tarentum fugibundus rediit. Ibi tertio cum Romanis prælio à Curio propè Beneventum victus, fugatusque in Epirum, octo peditum millia solum reportavit domum, cum sex annos nequicquam transmarinum bellum duxisset.

Diodor.
Eclog l. 22

Justin. l. 23.
A. M. 3697.

Romanis tanta de opulentissimis gentibus spolia capta sunt, ut victo-
Florus l. 1. cap. 1.
riam suam Roma jam ipsa non cape-
Anno Urbis C. 479.
ret. Ipsæ cum turribus suis belluæ
Plinius l. 8. cap. 6.
non sine sensu captivitatatis, summissis cervicibus, victores Curii triumphantis equos sectari visæ. Lu-
Epitome
stro à Censoribus condito, ci-
Liuii l. 14. Florus l. 1. cap. 19. & 20.
vium Romanorum CCLXXI. millia. re-
Libani l. 15. Plinius l. 33. cap. 3.
perta. Cum Ptolomæo Philadelpho, Ægypti rege, societas juncta, est. Omnis mox Italia, admiratione fortitudinis Romanæ, pacem coluit.

Qui enim post Tarentum auferent nisi quod ultro persequi socios hostium placuit, Domiti ergo Picentes, & caput gentis Asculum, Sempronio duce, Colonia deductæ, Ariminum

minum in Piceno, Beneventum in Samnio. Atque tum primum *populus Romanus argenteo uti nummo cepit*, quæstorumque ampliavit numerum, Sallentini Picentibus additi, caputque regionis Brundisium, cum inclyto portu, Marco Attilio duce, in potestatem Romanorum venere, Volturnenses etiam quos liberti patria & latibus expulerant, à Fabio Cos. reducti sunt. Hucusque adolescentiam populi Romani producit Florus cui inerat adhuc quædam quasi ex pastoribus ruditus, sed quæ maximè viruit, & quodam flore virtutis fervens, Italiam totam, demptis Gallis, imperio subiecit Quiritum, Post profectioem à Sicilia Pyrrhi, magistratus Syracusanorum creatus *Hiero* est, Heraclito nobili viro, sed matre ancilla ortus. Is adversus Mamertinos, aliosque hostes sæpè pugnavit, crebrisque victoriis modestissimè usus, omnium civitatum Sicularum favorem meruit. Earum consensu dux lectus adversus Carthaginenses, in alloquio blandus, in negotio justus, in imperio moderatus, cum prorsus nihil ei regium, præter regnum deesse videretur, Rex quoque tandem Siciliæ renunciatur. Interim Græciæ civitates, ex dissidio regum, Antiochi & Antigoni, ad spem recuperandæ libertatis erectæ, missis invicem legatis, per quos in societatis fœdera alligarentur, in bellum proruperant, Verum Ætolos, Antigoni socios, aggressæ, dum prædonum instar potius quam militum præbent, cladem acceperunt laud modicam. Reparantes bellum Spartani, surdas sociorum aures pulsabant. Nam statuta inter reges paco, Antigonus receperat Macedoniam, Gallorum quoque nova agmina, desertis castris, fugiendo, seque & Macedones servaverat. Dum enim Galli vacua Macedonum scrutati castra,

direptum naves inconsultius properant, malè accepti à remigibus vectoribusque, repentina strage interierunt. Quæ victoriæ opinio Antigono non tantum à Gallis pacem, verum etiam à finitimorum feritate præstitit.

At Gallorum tanta fœcunditatis eo tempore juvenus fuit, ut mox etiam Aliam omnem, velut examine aliquo implerent. Id quod sic accidisse comperimus. Erat rex Bithyniæ Nicomedes, Zipætis filius, avus ejus adversus Calantum Alexandri M. ducem Bithynorum libertatem defenderat. Eadem nepos indole contra Antiochum Seleuci filium (quem Græca adulatio Soterem cognominavit) ut felicius se tueretur, Antigeni se applicuerat partibus. Bello hoc inter reges composito, Nicomedes Bithynorum tumultibus agitatus, Galatas in auxilium adhibuit, quorum ope occupatas regiones, ut cum hospitibus divisit, quam portionem illi Galatiam vel Gallo græciam nominarunt. Principes Galatarum præcipui, Leonorius & Lutharius, Galatiam in tres partiti regiones, oppidis castrisque eam exornarunt. Trogmi Galatæ Ancyram, Tolistobogii Tabiam, Telesofages condiderunt Pehunntem, Nicomedes è regione Astaci de nomine suo Nicomediam. Atque ex hoc tempore reges Orientis, sine mercenario Gallorum exercitu, nulla gesserunt bella, liberaque civitates eorum præsidio adversus regum vim prospere sunt usæ. Tantus terror Gallicæ Celticive nominis, & armorum invicta felicitas erat, ut & reges majestatem suam Celticâ virtute tuerentur, & populi sua privilegia in illorum læcertis ponerent. Antiochus Soter, multis bellis agrè recuperato patris regno, eoque non toto, Paroelen duccem cum exercitu in Bithynia ami-

Orosius l. 4. cap. 9. Florus l. 1. cap. 22. Polyb. l. 1.

Justin. l. 23.

Justin. l. 24.

Justin. l. 25.

Memnon apud Photium, cap. 19. 20. 21.

Pausanias lib. 10.

Strabo l. 12.

Justin. l. 25.

Memnon cap. 16. Strabo l. 12. Ap. Syriae fit,

st. Ab Eumene Pergameno, Phile-
tari fratre genito, apud Sardes vi-
ctus est. Gallos repulit quidem, sed
Asia expellere haud potuit. Eorundem
tamen auxilio subnixum Antigonum,
quia supplementa militum, Pyrrho in
Italia laboranti negarat, reversus ille
Macedoniae regno expulit. Victori Pyrrho,
cum major penes ex bello esset voluptas,
quam imperio, Cleonymus Spartanus,
patriæ suæ iratus, quod in regno præteritus,
deamata Chelonide potiri nequiret,
facile ei persuasit, ut oppugnaret
Spartam. Ibi Pyrrhus non minore
omnium mulierum virtute, quam
Cleonymus Chelonidis suæ ira ex-
ceptus est. Ptolomæum filium manu
promptissimum, & exercitus partem
robustissimam amisit Pyrrhus. Ne
instaret oppugnationi, Argivorum
fecit discordia. Superiora ejus urbis
loca Antigonus tenebat, Aristæas al-
terius factionis dux Pyrrhum advo-
cabat. *Pyrrhus* in urbem intromissus,
dum inter confertissimos violentissi-
mè dimicat, & anus ejusdam pau-
perculæ filium, a quo vulnus acceperat,
trucidare nititur, saxo ab ea de
tectis ictus prosternitur, jacensque
humi à Zopyro trucidatur. Caput ejus
Alcyoneus, cum ad Antigonum
patrem ferret, baculo percussus, profanus
& barbarus ab illa crymanthe
humanis casibus patre appellatus
est. Antigonus enim laudabiliter u-
sus victoria, Helenum Pyrrhi filium
in regnum remisit, eique insepulti
patris ossa regio tumulanda more
tradidit, dignus victoria visus, qui mo-
derate ea uti sciret.

Post mortem Pyrrhi, non in Macedonia
tantum, verum etiam Asia Græciaque,
magni bellorum motus fuerunt.
Nam & Peloponnesii per proditionem
Antigono traditi & variante hominum
partim dolore, partim gaudio, prout
singulæ civitates aut

auxilium de Pyrrho speraverant, aut
metus sustinuerant, ita aut cum Antigonum
societatem jungebant, aut mutuis inter se
odiis ruebant in bellum. Inter hunc
turbatarum provinciarum motum
Aristotimus, missis ab Antigono
auxiliis, Eleorum tyrannide potitus
est. Ad cujus favissimam dominationem
stupentibus omnibus, Hellenicus senex
& orbis, amicorum fidelissimis domum
suam contractis per injectum prodendæ
prodicionis metum persuasit eis, ut
tyrannum interficerent. Athenas ter-
ra marique oppugnans Antigonus,
nec Ptolomæi nec Spartanorum
victus subsidii est, quin præsidium
Atheniensibus imponeret. Areus enim
Spartanorum rex, consumto com-
meatu, quod supererat roboris, ad
patriæ reservandum usum, neque temere
Atheniensium causa omne profundendum
censuit Gallogræcos paulo ante ingenti
strage fuderat Antigonus, eaque
inflammatus victoria, Atheniensibus
id fecerat bellum. Sed dum ipse circa
Athenas occupatur, Alexander Epiri
rex, ulcisci mortem patris Pyrrhi
cupiens, fines Macedoniae depopulatur.
Adversus quem cum reversus è Græcia
Antigonus esset, transicione militum
destitutus, regnum Macedoniae cum
exercitu amisit. Ejus filius Demetrius,
puer admodum, absente patre reparato
exercitu, non solum amissam, recuperavit
Macedoniam, verum etiam Epiri
Alexandrum spoliavit regno. *Tanta
vel mobilitas militum, vel fortuna
sunt varietas, ut vicissim reges,
nunc exules, nunc reges viderentur.*
Nam etiam Alexander, cum exul ad
Acarnanes confugisset, non minore
Epirotarum desiderio, quam socio-
rum auxilio in regnum est restitutus,
Nec Philadelphi regnum, licet multo
tranquillius Macedonico, cadibus
malisque intestinis caruit. Minorem

Plutarchus
Pyrrho.
Justin. l. 25.
Pausanias
Laconicis.

Plutarchus
Pyrrho.

Pausanias
lib. 5. & 6.
Justin. l. 26.

Pausanias
lib. 3.

Justin. l. 26.

Pausanias
lib. 1.
Justin. l. 26.

fratrem Argæum, in fidiâ sibi comparantem occidit. Alterum quoque majorem, ex Eurydice natum, cum ab eo Cyprios ad defectionem persensisset sollicitari, de medio sustulit. At Magas (Justinus Agam vocat) frater Ptolomæi uterinus Philippo Plebejo patre genitus, cum Cyrenæis, quibus à Berenice matre erat præfectus, defectionem persuasisset, in Ægyptum cum exercitu movit. Ptolomæus munitis ex omni parte finibus, dum Cyrenæorum impetum sustinet, moraturque, interim Magas Marmaridarum (ea Libya Nomasum gens erat,) defectione in Africam retractus est. Quo cum illum persequi Ptolomæus conaretur, compta mercenariorum, Celtarum imprimis, de invadenda Ægypto conjuratione, abstinuit, conjuratos in desertam deportatos insulara, fame aliisque confecit malis. Magas verò cum Apamen duxisset uxorem, Antiochi filiam, persuadet focero, ut violato fœdere, quod ejus patri Seleuco cum Ptolomæo ictum fuerat, in Ægyptum irrumpat. Sed eas Ptolomæus prævertit molitiones, immisiss in omnes Antiochi ditiones copias, qui imbecilliores populos excursionibus, validiores acie adorti, proficiscendi facultatem Antiocho eripuerunt.

Pausanias
lib. 1.

Justin. l. 29.

Per idem tempus rex Cyrenarum Agas decedit, qui ante infirmitatem Beronice, unicam filiam, ad finiendam cum Ptolomæo fratre certamina, filio ejus desponderat. Sed post mortem regis, mater virginis Arsinoë, ut invita se contractum matrimonium solveretur, misit qui ad nuptias filii regnumque Cyrenarum, Demetrium fratrem regis Antigoni, è Macedonia arcesserent, qui & ipse ex Ptolomæi erat procreatus filia. Ille cum fiducia pulchritudinis, quam nimis placere focruæ cœperat, stu-

dium placendi a virgine in matrem contulisset, suspectus in visusque aulicis, impurum amorem morte luit. Cum enim lectum ei concessisset Joseph. l. 20. crucis suam, percussores immissi hoc cap. 2. minem trucidarunt. Beronice in matrimonio Ptolomæus iudicium patris est sequuta. Post hæc Ptolomæus anno imperii 39. vita fungitur, post mortem patris ferè 38.

Dum hæc in Asia Africaque geruntur, populus Romanus propè quingentesimum annum agens, domita Italia jam robustus, sequentibus ducentis annis Africam, Europam, Asiam bellis victoriisque capit peragrare. Interveniente quidem mari paulisper substitit, opulentissimam in proxima Sicilia prædam non minus, quam Pœnus, affectans. Videbatur & sceleri affine, sceleratos defendere Mamertinos, qui hospites suos cum vita laribus torisque spoliabant: Sed vicit honestatem utilitas, specie juvandi socios, re autem solicitante cupiditate imperii. Ap. Olymp. 129. p. o Claudio Consule, primum trans-*Polyb. lib. 3.* portatus est in Siciliam exercitus. *Diod. Sicul. l. 23. Epitome Livii l. 6.* Hieronem Syracusanum regem, qui fœderatus Carthaginensibus Mamertinos oppugnabat, tanta vicit celeritate, ut ille ipse se prius victum, quam hostem videret, fateretur. Mox Valerius, Octaciliusque Coss. tot Siciliæ urbes expugnârunt, ut Hiero jam triburarius Romanorum rex fieret, inque eorum deinceps constantissime societate permaneret. Duillius Corneliusque Coss. etiam maris, facere periculum ausi. Intra sexagesimum diem, quam cæsâ sylva fuerat, centum sexaginta navium classem in anchoris sterisse, prodit Florus. Prælii forma mirabilis traditur. Injectæ navibus Punicis ferreæ manus, machinæque aliæ ante certamen multum ab hoste derisæ; coactique Pœni è Navibus quæsi

in solido decernere. Victor ergo apud Liparas C. Duilius, mersa & fugata hostium classe, primum maritimum egit triumphum, demique ei perpetuus ex eo honos habitus.

Alter consulum interceptus Cornelius Afina: qui simulato colloquio evocatus ab Annibale, atque ira oppressus est, perfidia Punica insignis documentum, cujus & mox poena secuta. Victus enim altero anno in Sardinia Annibal, Cos. Scipione, à Carthaginensibus suis captus cruci- que suffixus est. Attilius Calatinus ferè omnia praesidia Pœnorum, Agrigento, Drepanis, Panormo, Eryce, Lilybæo detrahit. Trepidatum sane est circa Camarinensium saltum, sed eximia virtute Calpurnii Flamini, tribuni militum, Romani evaserunt. Hic enim lecta trecentorum manu, infestum & infestum ab hostibus tumulum occupavit, adeoque moratus hostem est, dum exercitus omnis se infidiis extricaret. Trucidatis omnibus qui una ierant, solus Calpurnius periculosissimo superfuit facinori, Marco Attilio Regulo duce, in Africam navigabat bellum. Imperator metu mortis navigandi fecit audaciam, tantusque terror hostici adventus Pœnis fuit, ut apertis penè portis Carthago caperetur. Primum belli praemium erat civitas Clypea. Et hanc & trecenta amplius castella, vastavit Regulus. Nec cum hominibus sed cum monstribus quoque est dimicatum; quum quasi in vindictam Africae nata 120. cubitorum serpens, posita Romanorum apud Bragadam. a castra, vexaret. Illius etiam, non sine clade militum, victor Regulus, quum terrorem nominis sui late circumtulisset, classemque ingenti praeda onustam & triumpho gravem praemisisset in urbem, privatim, unde ipse conjugem & liberos aleret, vix habuit, quibus sumptus publice

sunt dati. Jam ipsum belli caput, Carthaginem urgebat obsidio, pacemque non nisi durissimis dabat conditionibus, cum irato ambitione ejus numine, magnum, utriusque casus, factus est exemplum. Nam conversis ad externa auxilia Pœnis, quum Xanthippum illis ducem Lacedæmon misisset, à viro militiæ peritissimo victus Regulus, triginta amisit millia, ipse cum quingentis vivus in hostium pervenit manus. Sic comprobatum, quod sapienter dixit Eurypides, *unicum rectum consilium magnam militum vincere manus*. Ceterum non procedente Aspidæ urbis, in quam Romani confugerant, expugnatione, usi tempore Romani, 364 navium classem celeriter expediunt, & prostratis Pœnorum excubitoribus, acceptisque qui Aspidæ erant militibus, novi Cos. in Siciliam trajiciunt. Ibi dum nautarum spernunt consilia, oborta tempestate, exiguae spei gratia in maximas se precipitant calamitates. De 364. navibus solæ 80. sunt servatae, reliquæ omnes vel absorptæ fluctibus, vel scopulis aut vado illis. Occasione usus Carthalo Pœnorum dux Agrigentum delevit. Nihilo tamen fractiores Romani intra trimestre 220. reficiunt naves. Cos. A. Attilius & Cn. Cornelius Panormum, praecipuam Carthaginensium in Sicilia civitatem, expugnant. Sequenti anno, qui erat urbis conditæ quingentesimus, Cn. Servilius Capio & C. Sempronius, tempestatibus iterum, CL. naves amittunt. Quare desperatis viribus maritimis, territique Elephantis Romani, per biennium abstinerunt praeliis, donec, anno belli hujus decimo quarto, L. Cæcilius Metellus, irritatis jaculando ex opportunis locis Elephantibus, disturbavit actem Asdrubalis, viginti Pœnorum occidit millia, & centum vi-

Olymp. 130.
Polyb. lib. 1.

Anr. Vit.
Orosius.
Epitome.
Lib. 1. 17.
Sallust. l. 6.
cap. 3.
Cassius. l. 4.
cap. 8. 9.

Polyb. lib. 2.

Olymp. 132.

Olymp. 137.
Polyb. l. 1.
Florus lib. 2.
cap. 2.
Epit. Lib. 114.
lib. 18. 19.

ginti potius est elephantis, sic quoque magna præda si gregem illum non bello sed venatione tantum cepisset. Hac iterum dejecti Carthaginenses clade Regulum mittunt Romanam, ni pax aut permutatio captivorum fieret, Carthaginem rediturum. Ille diversa, quam hostes mandaverant, censuit, ne pax fieret, ne permutacione captivorum recipere- tur. Igitur cum fide custodita, in carcerem esset reversus, fœdo supplicio de eo sumpto miserè periit.

Hinc ad oppugnandum Lilybæum Romanis consilia vententibus, classemque instaurantibus, Pœni urbem omnibus modis tuentur. Ad eandem sedent Coss. C. Attilius & L. Manilius, decem militum millia gladio, totidem peste absumentur, Publiusque Claudius, Appii filius, successor eis mittitur. Is nimis homo confidentiæ, ab Adherbale Pœnorum duce ad Drepanum victus est, nonaginta tribus navibus, & viginti hominum millibus amissis; ob magnitudinem temere acceptæ cladis consulatu excidit. Nec multò tamen felicior, qui successit, L. Junius, quas adduxerat naves & copias, partim bello, partim tempestatibus perdidit; coactique denuò Romani imperium maris Carthaginensibus relinquere. Hinc Amilcar Locros, Bruttios, aliaque Italiæ maritima vastavit, ac bellum utrinque variis incur- sionibus & damnis tractum est, *ambabus rebus publicis, tanquam generosis volucris, ad extremum usque spiritum inter se certantibus, donec viribus dissolutis, lassatas extricandi alias occasio sese obtulit, & Roma Carthagini prævolabit.* Igitur inopi ærario, de privatis singulorum opibus tertium à Romanis classis reparatur, & L. Lucasario Cos. committitur, anno belli Punicæ xxiv. Olympiade 134. Profectus est cum ccc. navibus in Siciliam

Afri contra ipsum cœce paraverunt, fit pugna apud Ægates insulas, quæ vix alia major mari. Quippe com- meatibus, exercitu, propugnaculis, armis gravis Pœnorum clavis, & in ea quasi tota Carthago: quod ipsum exitio fuit. Romana classis prom- pta, levis, expedita, & quodam genere castrensis. Ad similitudinem pugne equestris, sic remis quasi ha- benis agebatur, & in hos vel in illos mobilia rostra, speciem præferbant viventium: Itaque momento lace- ratæ hostium rates, torum inter Si- ciliam Sardiniamque Pelagus nau- fragio suo operuerunt. Lxx. Cartha- ginensium naves captæ sunt, L. de- merse, x. millia hominum capta, xiii. occisa. Aurelius Victor sexcen- tas Carthaginensium naves depres- sas aut captas, Eutropius cxxv. de- merfas, Lxxiii. capras prodit, infini- tum auri argentique pondus in po- testatem redactam Romanorum. Ex classe Romana xii naves demerse, Statim Carthaginenses pacem peti- verunt. Tributa iis pax, redditi que gratis captivi, nisi qui à privatis te- nerentur, quos pretio redimere o- portuit. Carthaginensibus Sicilia reliquæque insulæ ademptæ, & mul- ta mcci talentorum argenti imposita. Ita bello per xxx. annos gesto, & obsi- dioni Lilybæi decennium continua- tæ finis datus.

Felix fuit hæc æras à *divini verbi in Græcæ literas translatione*, quæ etiam documentum Judæorum erudi- tionis præbet isto seculo, quum Pon- tificæ Eleazarus, Jaddi nepos, sacris præfset Hierosolymæ.

Accendit & Græcorum ingenia, Ptolomæus Philadelphus, apud quem septem vixisse Poetas ferunt, Aratum, Apollonium, Theocritum, Lycophronem, Nicandrum, Philiseum, Homerum juniorem, Plejadas appellatos, Ejus liberalitatem æmula- & 3.

Polyb. l. 1.
Florus l. 1.
S. 2.

Polyb. l. 2.
Eutrop. l. 2

Diodor.
Eclog. l. 24.
Suidas.

emulatus est Antigonus Gonates, Demetrii filius, sed potationibus additior. *Platonis* tunc Philosophiam, post Polemonem, Crates, & Crantor, mediam Academiam Arcesilaus pro pagarunt: *Aristotelica* dogmata post Stratonem Lycon à suavitate sermonis Glycon dictus, egregia illius auctor sententia: *ita circumdari pueris pudorem & laudis studium oportere, ut*

Laert. l. 7. Equis frenum & calcaria. Zenonem Stoicum, in virtute sola beatitudinem ponentem, è plurimis discipulis maximè emulatus est Cleanthes, non minus labore corporis, quem a lenda philosophia impendit, quam Philosophia ipsa celebris. Metrocles Cynicus cum sorore Hipparchia Cratetis inciviles complexus est argutias, Timon Nicaeus Pyrrhonis effrenem opinandi licentiam. Hermarchum & Dionysium Epicuri provexisset dogmata tradit Laertius. Ea cum audisset apud Pyrrhum C. Fabricius Luscinus, ut erat ingenue vir gravitatis, Epicuream mentem & sententiam Pyrrho & Samnitibus, Romanorum hostibus, exoptavit, nec vane imprecatus est.

Laert. l. 10. Plutarchus Pyrrho. Plinius l. 1. se dogmata tradit Laertius. Ea cum 7. c. 37. & 56. Suidas in Arato. & Callimacho Diodor. Eclog. l. 24. Athen. l. 14. Floruere hac etiam tempestate *Astronomi*, Berofus Chaldaeus, cui Athenienses statuam inauratam posuere lingua, quia apud Babylonios 480. annorum observationes coctilibus inscriptas laterculis prodidit: & Aratus Solensis, qui apud Antigonum Gonaten vixit & mortuus est. *Poëte* etiam Callimachus Cyrenæus charus Philadelpho & Evergetæ; Comicus item Philemon, & Sotades Cynodologus ob maledicentiam à Ptolomæo mari demersus,

Laert. l. 4. in Bione Borysthenite. & l. 7. in Zenone. Plutarchus Historiographos horum temporum prodit Diodorus, Philinum Agrigentinum; Laërtius Philonidem & Persæum apud Gonaten Antigonum, cum Zenone Rhodio. Memnon Nymphin Heracliensem, Plutarchus Hie-

ronymum & Philarchum: quorum omnium scripta perierunt, ut pleraque alia vetustatis.

Templo Dei opt. M. apud Hebræos, post Simonem Justum & Eleazarum, Manasses eorum patris, eoque defuncto, Onias, Onia genitus, Jaddi nepos, praefuit, quem precipitem avarumque scribit Josephus.

PTOLOMÆUS III. EVERGETES, SELEUCUS II. CALLINICUS ET ANTIOCHUS III. HIRAX. DEMETRIUS ET ANTI-GONUS GONATES. ATTALUS.

Epocha. 112. imperii. Græcorum 64.

Quinquagesimum secundum annum post mortem Alexandri facit CL. Ptolomæus 476. Nabonassar, eundemque Ptolomæi Philadelphici decimum tertium, & à tricesimo primo anno Darii primi ducentiesimum viciesimum, Ea supputatio plane cum annis ab Herodoto, Thucydide, Xenophonte, Diodoro, assignatis consentit. Cum ergo Ptolomæus secundus ad 38. annos imperaverit, decessit anno post mortem Alexandri septuagesimo septimo, eodemque, ut testatur Eusebius, diem obiit Antiochus secundus, quem Deum primi cognominaverunt Milesii, quod Timarchum tyrannum eorum sustulisset. Hunc Deum, intoleranda & blasphema adulatione dictum, conjux Laodice veneno interemit, indignata torum à sorore occupatum Beronice, quæ & ipsa erat Ptolomæi Philadelphici filia. Itaque accensa furiali odio in sororem, cum parvulo filio eam tollere moliebatur, freta filio suo Seleuco, qui paternum jam susceperat regnum.

Ptolomæus lib. 4.

Almagesti c. 9. & l. 10.

c. 3. & 9.

Euseb. Chron. Appianus Syriacus

Hiero. ad Deum primi cognominaverunt Milesii, quod Timarchum tyrannum eorum sustulisset.

cap. 11. Danielis,

A.M. 3726.

Sed cum Ptolomæus Evergetes appellatus, eodem tempore Ægypti potiretur imperio, soror structas insidias bello vindicare statuit. Et Beronice cum aliquos ad interficiendam se mis-

144 Pto. III. Evergetes. Seleucus Callinicus. Antioch. Hierax.

se missos didicisset, Daphnæ se clausit. Ubi audito obsideri eam, Asiæ civitates recordatione paternæ majorumque ejus dignitatis, casum tam indignæ fortunæ miserantes, auxilia ei omnes mittunt, Ptolomæo etiam cum universis regni viribus advolante. Sed *Beronice* ante adventum auxiliorum, cum vi expugnari non posset, dolo circumventa *trucidatur*. Indigna reo omnibus visa. Itaque cum universæ civitates, quæ defecerant, ingentem comparassent classem, repente exemplo crudelitatis, simul & in ultionem ejus, quam defendere ceperant, Ptolomæo se tradunt, qui de Laodice sumit supplicium, & ingressus Syriam, Babylonem usque pervenit, eorumque Seleuci occupasset regnum, nisi domestica seditione in Ægyptum esset revocatus. Deo Hebræorum solennes pro victoria hostias macavit Jerosolymæ. Post Ptolomæi discessum, *Seleucus* regnum recuperaturus classem instruit, quæ Deo parricidium puniente, orta tempestate tota periiit, nec quicquam illi ex tanto apparatu, præter nudum corpus, & spiritum, & paucos naufragii comites residuos fortuna fecit. Misera quidem res sed optanda Seleuco: siquidem civitates, quæ odio ejus ad Ptolomæum transierant, velut Deo arbitro satisfactum sibi esset, repentina animorum mutatione, in naufragii misericordiam versæ, imperio se ejus restitunt. Lætus itaque malis suis, & damnis ditior redditus, ac vere jam, ut dictus fuit, *Callinicus bellum infert Ptolomæo*. Sed quasi ad ludibrium tantum fortunæ natus esset, nec propter aliud opes recepisset regni, quam ut amitteret, *villus prælio* non multo quam post naufragium comitator, trepidus Antiochiam confugit. Inde ad Antiochum fratrem facit literas, quibus ejus imporat auxilium, oblata ei Asiæ, quæ in-

ter fines est Tauri montis, in præmiâ latæ opis. *Antiochus* autem, annos cum esset xiv. natus, supra ætatem regni avidus, occasionem non tam pio animo, quam offerebatur, arripuit: sed latronis more totum eripere fratri cupiens regnum, puer sceleratam virilemque sumit audaciam, unde *Hierax*, id est, accipiter est cognominatus. Interea Ptolomæus, cum Antiochum in auxilium Seleuco venire cognovisset, ne cum duobus uno dimicaret tempore, in annos decem cum Seleuco fecit pacem. Sed pax ab hoste data, interpellatur à fratre: qui conducto Gallorum mercenariis exercitu, pro auxilio bellum, pro fratre hostem, imploratus se exhibuit. In eo prælio virtute Gallorum victor quidem Antiochus fuit; Sed Galli arbitantes Seleucum cecidisse, in ipsum Antiochum arma vertere, liberius depopulaturi Asiæ, si regiam omnem exstinxissent stirpem. Quod ubi sensit Antiochus, velut à prædonibus auro se redimit, societatemque cum mercenariis suis jungit. Interea Pergamenus Attalus, patruelis Eu-

Appianus
in Syriac.
Joseph. con
tra App. l. 2.

Justin. l. 27

Strab. l. 130

docia

docia regem, pervehitur. Ariamnes is nepos erat Ariarathis, quem Perdicea peremit. Pater Ariamnis, cum apud Ardoaten Armeniæ regem aliquandiu exulasset, occasione usus belli, quod Seleucus cum Antigono gerebat, Cappadociam receperat: Cui successus Ariamnes, Antiochi Dei filiam Stratonice Ariarathi filio suo acceperat, suamque vicissim Antiocho Hieraci dederat uxorem.

Ab illo cum primum benigne esset exceptus Hierax, interjectis diebus, cognito, quod insidie sibi parerentur, salutem quaesivit fuga. Profugo ut nusquam locus fuit, ad Ptolomæum *hostem, cujus fidem tutiorem quam fratris existimabat, decurrit, memor vel, quæ facturus fratri esset, vel quæ meruisse à fratre.* Sed Ptolomæus non tam amicus dedito, quam hostis factus, servari eum arctissima custodia precepit. Hinc quoque *Antiochus*, opera cuiusdam meretricis aditus, quam familiarius noverat, deceptis custodibus elabitur, fugiensque à latronibus *interficitur.* Seleucus quoque iisdem ferme diebus, amisso regno, equo præcipitatus *fitur.* Sic fratres, quasi & germanis casibus, exules ambo, post regna, scelereum suorum majorumque pœnas luerunt.

Strab. l. 16. Interim *Aradii*, qui Callinico adhaerant, impetrata ab eo asyli libertate, qua cavebatur, ne profugos regibus cogentur tradere; Republicam suam valde auxere. *Parthi*

Appianus Syriacis. quoque & *Bactriani*, conturbatam videntes Seleucidarum familiam, ab *Iustin. l. 4.*

Strab. l. 13. imperio eorum *desciverunt.* Parthorum præfectum Andragoram Arsaces oppressit, sublatoque eo imperium *Libius l. 33.*

A. M. 373. in vasis gentis, Bactrianorum M. urbes Theodorus. In *Asiaminori Attalus* Eumeni patrueli successit, tertius à Philetæro, quem à Lyfimacho ad Seleucum defecisse diximus. *Philetærus enim officii erga potentio-*

res perpetuis Pergamum sibi 20. annis servarat: Eo defuncto Eumenes, fratris ipsius filius, auxerat potentiam, & Antiochum Soterem apud Sardes profligavit. Ei post viginti duos annos Attalus, qui etiam nonnullis Eumenes dicitur, successus, magna pugna Galatas & Antiochum Hieracem prostravit, regiumque nomen adsciscere ausus est, æquato magnitudini nominis animo. Summa enim iustitia suos rexit. Unicam fidem præstitit sociis, mitis ac munificus in omnes, regnum 43. annos tenuit, adeo stabile ac firmum, ut ad stirpem tertiam possessio ejus descenderit.

In Macedonia *decidens Antigonus Polyb. l. 1.* Demetrio filio reliquit regnum, *Plutarchus* quod Aratus Sicyonius Achaëorum *Arato.* dux, subinde debilitabat, depellen- *Pausanias* do è Græciæ civitatibus Macedonum *in Corinth.*

præsidia; easque Achaico foederi adjungendo. Corinthus, Epidaurus, Megara, Træzen, hoc pacto libertatem recuperarunt, & Ptolomæus Evergetes cum Achaëis societatem coiit.

Verum Sparta non accessit ad foedus. Agis rex republicam, post victas Athenas, jam pridem neglectis Lycurgi legibus corruptam, præfæ restituere continentia, & virtuti studebat. Verum ob id exofus ditioribus, accedente calamitate rei ad Pelopen male gesta, ab Ephoris est necatus. Aratus Pyraëum, Munichiam, Salaminem & Sunium, è Macedonum præsidiiis, corrupto eorum præfecto Diogene, liberavit. Persuavit & tyrannais, Aristomacho Argivorum, & Lyfiadi Arcadum, ut deposita sponte potestate, civitates suas cum Achaëorum conjungerent concilio. Verum, ut *non omnia hominibus, etiam beatia, è sententia eveniunt,* felicitas Arati ad postremum labefacta ruit, haud sine illius, qui eam labefecerat,

pernicie. Is erat Cleomenes, Heraclidarum è profapia Eurysthenis ultimus, qui post Agidem regno potiebatur Spartanorum. Etenim hic iteratis victoriis Aratum ad petendam Macedonum, quos antea læserat, auxilia compulit.

*Polyb. l. 2.
Justin. l. 28.
Plutarchus
in Amylio
Paulo.*

Demetrius rex decennium regno functus, jam obierat, relicto parvulo filio *Philippo*. Ei tutor datus *Antigonus Gonates* (qui & *Dofon* appellatus, quod nō daret sed videretur daturus) accepta in matrimonium matre pupilli, regem se constitui laborabat. *Dardanos* *Theffalosque* morte *Demetrii* exultantes, compescuerat, dignitatemque regni *Macedonici* non solum defenderat, verum etiam auxerat. Interjecto tamen tempore, seditione minaci *Macedonum* elausus in regia fuit, extremoque circumdatus periculo. Tum in publicum sine satellitibus puocedit, projectoque in vulgus diademate & purpura, dare hæc eos alteri jubet, qui aut imperare illis nesciat, aut parere ipsi sciant; se adhuc invidiosum illud regnum, non voluptatibus, sed laboribus ac periculis sentire. Commemorat deinde beneficia sua, depositoque cum eorum exprobratione imperio, tamdiu illud recipere recusavit, quoad seditionis autores traderentur supplicio. Post accitus ab *Arato*, bellum infert *Spartanis*: qui soli *Philippi Alexandri*que bellis, & imperium *Macedonum*, & omnibus metuenda arma contempserant. Inter quas nobilissimas gentes certatum summis utrinque viribus fuit, hinc veteri gloria, illinc illibata libertate, ipsaque etiam salute ad fortitudinem stimulante. Victi *Lacedæmonii* non tam suorum mortes, quam proprias dolebant vices, quod non omnes pro libertate patriæ cecidissent.

Hæc miserantibus supervenit

Cleomenes rex, suo pariter & hostium cruore, post factas multas cædes, madens: ingressusque urbem, non con-

sedit humi, non cibum aut potum poposcit, non denique armorum deposuit onus: sed acclinis parieti, cum quatuor millia sola ex pugna superfuisse conspexisset, hortatus ut se ad meliora *Reipublicæ* referrent tempora: Ipse cum conjugè & liberis in *Ægyptum* ad *Evergetem* proficiscitur: à quo honorifice susceptus, cis & *Lacedædiu* in summa dignatione regis vixit.

Postremo post *Ptolomæi* mortem (is *Olymp. 139.* anno primo consumptus morbo fuit) à filio ejus cum omni familia carceri inclusus, dum evadere, regemque frustra occidere conaretur, voluntaria cum omnibus suis periit morte: uxores etiam ad supplicium miserabiliter raptæ occubere, *Antigonus* autem cæcis occisione *Spartanis*, fortunam tantæ miseratus urbis, à direptione milites prohibuit: veniamque his qui superessent dedit, præfatus bellum se cum *Cleomene*, non cum *Spartanis* habuisse, cujus fuga omnem finierit iram: nec minori sibi gloriæ fore, si ab eo servata *Lacedæmon*, à quo solo capta sit, proderetur. Nec multo post ipse decedit, regnumque relinquit

Philippo pupillo, annos XIV. nato. Ejus iracundiam & furorem cum niteretur compescere *Aratus*, jam senex admodum, odium incurrit regis, opeque *Taurionis* clam preceptus veneno, interijt ducum istius ætatis solertissimus.

Dum Græciæ per *Aratum* ad libertatem erigit animos, *Carthago* cum mercenariis de libertate ipsaque salute dimicabit. Postquam enim *Carthagini* exhausto bellis prioribus ærario, mercenariis *Hispanis*, *Gallis*, *Balearibus*, *Afris*, *Pœnis*, *Liguribus*, stipendia & donativa, à ducibus periculorum tempore promissa, exsolvi

de bellis
Punicis.

non potuere, immanis exarsit seditio, autoribus potissimum Mathone Afro & Spendio Campano, condicione servo. Hi pertractis in societatem Libyæ gentibus, ingentes pararunt copias, Bellum varia fortuna maximeque invicem crudelitate in quartum gestum annum, in extrema seditionum clade finem habuit. Jamque ad desperationem pene venerat Carthago, arctissima obsidione cincta, cum *Amilcar* eam exemit periculo, tractosque in vallem stipendiarios ad tantam famem circumse-
dendo adegit, ut humana pasci carne inciperent. Tunc ad pacificationem missi duces, Spendius & alii, in crucem sunt acti: Reliquorum XLM. uno prælio cæsi, apparuitq; omnibus, quantum unius peritia ducis adversus indomitam temeritatem valeat multitudinis. Exinde Annibal, alter ducum Carthaginensium, alii-
que nobilium, dum incogitantius castra habent, à Mathone capti, idem quod ante Spendius, supplicium luerunt. Tandem Utica & Hippone urbibus ad deditionem compulsis, Matho cum focis dignas sceleribus suis pœnas exsolvere coactus.

Polyb. l. 1.

Cum intestinis hisce urgerentur Pœni malis, aliqui seditionum in Sardiniam profugi Romanos ad occupandum insulam concitarunt, qui occasione usi, frustra obnitentibus Pœnis, eam suæ fecere ditionis, non minimum deinceps moti inter ipsos belli irritamentum. Cæterum turbido patriæ statu quiescendum Carthaginensibus, vel cum detrimento suo, visum. Composita Africa in Hispaniam transmissi exercitus, & ab Amilcare duce Annibal, novennis tum puer, juramento ad aras obstrictus est, ad gerendas cum Romanis inimicitias. *Amilcar* magnis rebus in Hispania per novennium gestis, dum flumen equo transmittit, excussus eo, perijt.

Polyb. l. 2.

Diod. l. 25.

Interim Romanis cum Liguribus Illyriis & Gallis Insubribus negotium militiæ fuit.

Bellum Ligusticum eo anno natum: *Eutrop. l. 2.* quo Hiero Siciliæ rex Romam ad spectandos ludos venit, populoque, CC. modiorum tritici millia dedit. *Florus l. 2.* dono. Tutum Alpibus & fuga, durum c. 3. atque velox genus Ligures, & occasione magis atrocina faciebant quam bellum. Cum diu eluderent, tandem Fulvius latebras eorum sepsit igni, *Bebius* in plana deduxit: *Posthumius* ita exarmavit, ut vix reliquerit ferrum, quo terra coleretur, Sardinenses ad rebellandum etiam impulsus à Pœnis, triumphum materiam præbuere, & pace omnibus locis facta, Romani nullum bellum habuerunt, quod his post Romam conditam, semel tantum *Numa* *Epitome L. 2.* *Pompilio* regnante contigerat. Sed *Sii. l. 20.* clausa Jani porta, mox iterum sine mora patuit, cum & Ligures rebellarent, & Sardi. Subacti cum Sardinis & Corsi sunt, prætorumque numerus ampliatus, ut essent quatuor.

Illyricum bellum ex piratarum confutum est injuriis. *Agron* Illyriorum rex, liberatis ab Ætolorum obsidione Mydionis, adeo latatus victoria fuerat, ut continuatis conviviis luxu moreretur. Ejus uxor *Teuta*, susceptis regni gubernaculis, principem Epiri urbem Phœnicen, Corcyramque occuparat insulam, Illyriis piraticam exercentibus opinione potentiæ indulserat licentius. Igitur missi Roma legati C. & Luc. *Coruncani*, questum de injuriis apud *Reginam*. Illo-
rum junior, audacius quam circumspectus, bellum indicendo iram *Teutæ* accendit, immissoque in discedentem percussore trucidatus est. Ea res bellum inflamavit. *Q. Fulvius Centimalus* Cos. *Demetri Phalerei* proditione *Corcyram* adunxit

Romanis. Translati in Illyricum copiis, multas cepit civitates. Teuta paucis locis exceptis, decedere regno, Romanis pendere tributum coacta, navigatio Illyriorum certis limitibus circumscripta est. Alter consul Posthumius rem in Græciam nunciavit, magno Græcorum applausu, eodem tempore quo Asdrubal, gener Amilcaris, in Hispania Carthaginem novam condebat. Ea felicitas Pœnorum in Hispania movit Romanos, ut pacifcerentur cum Carthaginiensibus, ne liceret eis Iberum fl. cum armis trajicere, aut Saguntinos bello lacescere, quæ paulo post alterius belli Punici causa existit.

Polyb. l. 2.

At tunc Romanos Galli Insuabres distinebant, incitati aliquot ante annis lege C. Flamini, qua Picentes agri, Gallis erepti, divisi fuerant militibus. Excitis igitur in societatem Rhodani accolis, quos ob mercenariam militiam Gestatas (puta hospites) appellabant, cum L. peditum, XX. equitum millibus in Hetruriam irruerunt. Traditum est Fabio Historico, qui expeditioni interfuit, DCCC millia hominum parata ad id bellum ex universa Italia fuisse. Res per Æmiliū Cof. prospere gesta. Cum enim Galli, occiso præore Romano cum sex millibus militum præda graves domum reverterentur, excepti pariter ab Attilio Consule è Sardinia revertente, & sequente ponce Æmilio, quanquam bifronte acie strenue pugnabant, & Attiliū Cof.

Diod. Eclog.

l. 25. Polyb.

l. 2. Florus

l. 2. c. 4. Epi-

tome Lib.

l. 20. Eu-

trop. l. 5.

occidebant, gravissima affecti sunt clade. XL. millia caesa, decem capta, tradit Polybius. Cumque instaurarent bellum, P. Furius & C. Flaminius Cof. exercitus tunc primum, trans Padum duxere, secundisque Gallos domuere præliis. M. Claudius Marcellus Cof. occiso eorum duce Vidiomaro, opima Jovi Feretrio spolia tertius retulit. Ejus collega

Cornelius Mediolanum urbem in potestatem populi Romani redegit. Hinc Istri, quod navem interceptissent Romanam, subacti: Illyrii etiam cum rebellassent, domiti in deditio-nem venerunt. Colonia deducta *Gellius l. 17.* sunt in agro de Gallis capto, Placentia & Cremona. Eademq; tempesta-*l. 3. Laert.* te Roma Poetas habere cepit & bi-*l. 4. & 7.* floricos. Poetas I. Livium Comicum, *Suidas. Jo-* & C. Navium: Historicum Fabium Pi-*seph. l. 12. c.* storem. *Apud Græcos* Lacydes Cyre-*3. 4. Euseb.* næus novam instituit Academiam. *in Chron.*

Sphærus Stoicorum præfuit sectæ; Eratosthenes Cyrenæus scribenda, historia, Conon Astronomia, Onias Simonis Justi filius apud Judæos sacerdotio, Jesus Siracides sapientia, Josephus Tobia filius civili prudentiâ & præfectura Palæstina floruit. Rhodiorum ingens solis Colossus cubitorum LXX. divaricatis cruribus spatium præbens navibus portum, ingredientibus, terra motu concidit, certarum regibus ad ejus restitutionem levandaque Rhodiorum damna, conferentibus donaria, sed frustra Rhodii enim, neglecto Colosso, liberalitate principum ad maxima Reipublicæ suæ usi sunt incrementa. *Polyb. l. 1.* Colossus etiam jacens miraculo fuit. *Strabo l. 14.* Steterat quinquaginta sex annos. *fa. Plin. l. 34.* ctus à Cherete Lindio, ut ait Plinius. *c. 7.*

PTOLOMÆUS IV. PHILOPATOR, SELEUCUS CERAUNUS ET ANTIOCHUS MAGNUS FRATRES, PHILIPPUS, ATTALUS.

Isdem fermè temporibus propè *An. Olymp.* universi orbis imperia, nova re-*130. secun-* gum successione mutata sunt. *do Anno. E-* In Macedonia Antigonus, cum ar-*pocha 137.* duo Illyrios prælio vinceret, tantis Imperii clamoribus militem ad fundendum *Græcor. 90.* hostium sanguinem incitavit, ut ob-*Just. l. 29.* orto inde sanguinis sui profluvio, *Polyb. l. 2.* paucis & 5.

paucis diebus moreretur. Ei privignus *Philippus* quatuordecim annorum juvenis successit.

Polyb. l. 4. Sp. Syriac. In Asia *Seleucus Ceraunus*, (qui & Pogon) Callinici filius, dum occupatas ab Attalo minoris Asia provincias bello reperit, Taurumque montem transcendit, ab Apaturio Gallo & Nicanore dolo circumventus occiditur, Achæus parricidii vindex, fratrem ejus Antiochum, impubem adhuc regio nomine ornat, ipse recuperatis bello regionibus, regem se gerit Asia. Ægyptum patre ac matre necatis, occupaverat.

A.M. 375r. Diad. Sic. IV. Ecl. l. 25. Corn. Nepostor fuit. Sed & Spartani in locum Hannibale. Cleomenis successerunt Lycurgum. Et ne qua temporibus mutatio deesset, Asdrubal quoque maximarum in Hispania copiarum ductor, ac potentia fere Amilcarem socerum supergressus, Hispani ministri infidiis jugulatus, eique, à Pœnis Annibal substitutus fuerat, annorum viginti quinque juvenis, non tam penuria seniorum quam odio Romanorum, quo imbutum eum à pueritia sciebant, professo Amilcare, se quatuor filios ceu leones in perniciem educare Romanorum. His regibus pueris, in suorum quibusque majorum vestigia intentis, magna virtutis indoles enituit.

Justin. l. 30. Solus Ptolomæus, sicut scelestus in occupando regno ita & segnis in administrando fuit. Ad necem parentum fratris etiam cæde adjuncta, rebus velut feliciter gestis, luxuria se tradiderat, regisque mores omnis secuta regia erat. Itaque non amici tantum, verum etiam omnes exercitus, depositis militia stadiis, otio & desidia corrupti, marcebant. Eam impune tulit ignaviam, quoad *Antiocho* in Asia cum seditiosis fuit negotium, Antiocho enim Molon præ-

fectus Mediæ rebellabat, sperans *Aschæum*, qui inferiorem tenebat Asiam, futurum auxilio. Antiochus, ducta uxore *Mithridatis* Cappadociæ regis filiâ, præ ætate *Hermeæ* cuidam purpurato nimium erat obnoxius, & per *Xenæram* aliosque duces, illius consilio missos, malè rem gerebat. Quare victis à Molone copiis, ipse in rebelles movet, qui destituito duce, sponte ad legitimum transiére regem, Molon violentas sibi ipsi manus attulit. Molonis frater *Neolaus* alterum fratrem *Alexandrum*, Persiæ præfectum aggressus, trucidatis matre ac nepotibus, seque & ipsum *Alexandrum* ruinâ infelicis domus superaddit. Sic rebellionem extincta, nondum erat sui juris *Antiochus*, superstitè etiamnum *Hermeæ*, homine crudeli & ambitioso, qui caput regis clanculum structis quoque insidiis petebat. Iis per *Apollophanem* medicum discussis juxta & vindicatis, interfecti *Hermeæ* uxorem *Apameenses* mulieres, pueros ejus pueri occidère. *Tantum crudelis superbiæ odium est, ut in ejus ultionem imbellis etiam sexus & aetas armentur.*

Tunc vero *Antiochus*, cognita *Ptolomæi* desidia, veterique inter se regnorum odio stimulante, repentino bello multas ejus urbes oppressit. *Theodotus* *Ætolus*, præfectus *Cavæ* *Syriæ*, cum socordem regem nulla virtuti aut fortitudini præmia statuere animadverteret, indignatus despectui esse res præclarè ab se gestas, *Seleuciam* *Syriæ*, *Tyrum*que ac *Ptolomæidem* *Antiocho* concessit; quibus ille sine certamine poritis, ipsam aggredi decrevit *Ægyptum*. Sic tandem evigilare *Ptolomæus*, trepidare, missisque legationibus, quoad vires pararet, morari *Antiochum*. Interea mercenarios milites in *Græcia* subito per viros industrios conscribere;

septuaginta tria peditum, quinque equitum millia, 73. elephantos cogere. Contraria Antiochi copia erant LXIIM. peditum, VIM. Equitum, Elephantum CII. Congressi reges circa Raphiam Syriae, primum pari fortuna dimicant, tandem victoria penes Ptolomæum stetit, qui mox petenti pacem Antiocho, facile eam dedit, contentusque recuperatione urbium, quas amiserat, avide macedoniam quietis arripuit: ac revolutus mox in luxuriam, occisa Eurydice uxore, eademque sorore sua, Agathocliæ meretricis illecebris capitur.

Justin. l. 30. Atque ita omnem magnitudinem nominis ac majestatis oblitus, noctes in stupris, dies in conviviis consumsit. Crescente deinde licentia, ad duntur frater meretricis Agathocles, & mater Oenante, ejusdem instrumenta luxuriæ. Illi per regem possidebant regnum; tribunatus, præfecturas & ducatus mulieres ordinabant, nec quisquam tandem minus in regno suo, quam rex ipse poterat. Sic moritur, relicto quinquenni ex sorore Eurydice filio. Sed mors ejus, dum mulieres regiam rapiunt pecuniam, & imperium inita cum perditissimis societate occupare conantur, diu occultata fuit. Revelata, concursu multitudinis Agathocles occiditur, & mulieres in ultionem Eurydices, suffiguntur patibulis. Sed hæc multo post acciderunt.

Polyb. l. 26.

Interim Antiochus Achæo cognato suo, dudum regem se Asiæ minoris gerenti, bellum intulit grave & diuturnum. Illum jam Attalus Smyrna, Phœcia, Colophone, Mysiaque, Gallorum subnixus ope spoliavit. Quare cum Attalo inira societate, Antiochus Sardes expugnat, Achæum arcem includit. Postremo fraude Bolidis Cretensis captum atrocissimo afficit supplicio, Olympiadis CXXII. anno ultimo. Manibus

*Polyb. l. 17.
& 8.*

pedibusque truncatum corpus cruci suffixum est, lubricitatis fortunæ insignis documentum. Eo superato hoste, cum Hyrcanis & Bactrianis prosperè confligit, tandemque exceptis Parthis, superioris Asiæ provincias subegit omnes, atque universos subditos in virtutis suæ admirationem traxit. Arsacem Parthum, mira secum virtute prælitatum, in societatem ad postremum assumpsit. Non minoribus intentus rebus Philippus erat, Macedonum rex. Eum Dardani, ceterique omnes finitimi populi, quibus velut immortale odium cum Macedonum regibus intercedebat, contemptu ætatis assidue lacescebant. Contra ille summotis hostibus, non sua defendisse contentus, accitu Achæorum, quos Messenii adversus Ætolos in auxilium vocaverant, Ambraciam quoque Ætolorum urbem occupat. In Pœonia Thebas Pthiotidas, incolis veteribus nudatas, coloniam facit Macedonum, & de suo nomine Philippopolin appellat. Ista agitantem accedit Demetrius Pharius, nuper à Paulo Æmylio ex Illyrico, cui eum Romani præfecerant, ob fractam fidem expulsus, injuriamque Romanorum querens, qui Sicilia, Sardiniaque imperium adepti Hispaniæ, Africa, totiusque mundi opibus imminerent: suadet omnis Ætolis, bellum iis inferre, à quibus victoribus plus periculi, victis gloriæ sit expectandum.

Impellitur Philippus oratione reguli exulis, minusque negotii cum Romanis fore existimat, quod jam victos ab Hannibale ad Thrasymenum lacum acceperat, inque ipsa Italia Pœnorum armis urgeri.

Ea res ita accidit. Pudebat nobis Florum I. 2. lem Carthaginensem populum, ablatum mare, ademptas insulas, dare tributa, quæ jubere consueverant. Igitur in causa belli Saguntia, dum

Roma.

Romani consultant, & Illyrios vastant. *Deleta est* vetus Hispaniæ civitas & opulenta, fidei erga Romanos magnum quidem, sed triste monumentum. Jam novem menses fessi fame, machinis, ferro, igne, versa denique in rabiem fide, immanem in foro excitant rogam, tum desuper se suosque cum omnibus opibus suis, ferro & igni corrumpere. Hujus tantæ cladis autor *Hannibal*, missis Roma legatis, ad supplicium erat postularus. Tergiversantibus Pœnis, à Fabio, excusso in curia togæ gremio, indictum est bellum. Id initium & origo secundi belli Punicæ fertur, quod vastatione Italiæ, captivitate Africæ, ducum & regum, qui id gesserunt, exitio, per totos octodecim annos gestum est. Tempestas in Italiam ab Alpibus nivibus, velut cælo missa, descendit. Hannibal, amisso in Pyrenæis montibus, & Gallorum fraude in Alpibus, ingenti militum numero, per invia sibi viam virtute & constantia celeriter patefecit. Traditur ad Italiam LXXX. millia peditum & XX. millia equitum, septem & triginta Elefantos duxisse, relicto cum idoneis exercitibus in Hispania fratre Asdrubale, sed cum maximam partem itinera consumsissent, viginti circiter peditum, sex equitum millia in Italiam penetrarunt, Ligurum & Gallorum succenturiatis aucta copiis. *Primi* impetus turbo *inter Padum & Ticinum* valido statim fragore intonuit. Ibi P. Scipione duce, *fusus Romanorum exercitus*. Saucius & ipse Cos. venisset in hostium manus, nisi protectum patrem prætextatus admodum filius ab ipsa morte rapuisset. Hic erat Scipio, qui in exitum Africæ crescens, nomen postmodum ex malis ejus consecutus est. Inde Sempronius Gracchus, cognito Hannibalis adventu, è Sicilia exercitum trajecit

Ariminum, & ad *Trebiam* cum Pœnis conflixit. Tunc callidissimi hostes frigidum & nivalem nocti diem, quum se ignibus prius oleoque fovissent, homines à meridie & sole venientes, sua Italos hyeme vice-runt. Secutus *Thrasymenus lacus*, tertium Hannibalis fulmen, imperatore Flaminio. Ad eum per maximam suam militumque vexationem transit Apennino, perque continuas vigilias in paludibus amisso oculo, pervenerat. C. Flaminius Cos. homo temerarius, nova Punicæ fraudis arte circumventus, cum exercitu periiit. Quippe nebula lacus, palustribusque virgultis tectus eques, terga subito pugnantium invasit. Sex M. quæ eruperant, fide ab Maherbale data, perfidia Hannibalis vinctæ feruntur. Cum ad nuncium cladis Romæ luctus esset, duæ matres insperato receptis filiis, gaudio diem suum obierunt.

Adversus hostem toties victorem, Lib. 1. 22. tam callidum, non virtute tantum, sed suis etiam pugnare consiliis oportebat. Itaque prima reviviscens Romæ spes Fabius fuit, *novam de Annibale victoriam commentus, non pugnare*, unde illi nomen novum, & Reipubl. salutare *Cunctator*, scutumque imperii. Itaque per Samnium, per Falernos, Gauranosque saltus, sic maceravit Annibalem, ut qui frangi virtute non poterat, morâ comminueretur. M. Minutius magister equitum, ferox & temerarius, criminando dictatorem, tanquam timidum & segnem, effecit, ut populi jussu imperium ei cum Fabio æquaretur. Diviso exercitu, cum in iniquum confixisset locum, & magno in discrimine ejus legiones essent, superveniente cum exercitu Fabio Maximo, præsentissimo liberatur periculo. Quò beneficio victus, castra cum eo conjunxit, & patrem salutavit Fabium,

Flor. l. 2. c. 6.

A. M. 375.

Lib. 2.

Polyb. l. 3.

A. M. 375.
V. C. 555.

Polyb. l. 3.

Anno 100.

bium, idemque milites facere com-
militonibus iussit. Annibal vastata
Campania, inter Casilinum oppidum
& Calliculam montem à Fabio clau-
sus, farmentis ad cornua boum al-
ligatis & incensis, præsidium Roma-
norum, quod Calliculam insidebat,
fugavit, & sic transgressus est saltum.
Idemque Fabii Maximi dictatoris,
cum circumposita ureret, agro pe-
percit, ut illum tanquam proditorem
faceret suspectum patriæ.

*A. M. 3756. Quartum & pene ultimum vulnus
V. C. 537. Roma fuerunt Cannæ, ignobilis Apu-
Flor. l. 2. c. 6. liæ vicus, sed magnitudine cladis no-
Polyb. l. 3. bilitatus Cæsa eo prælio Romanorum
XLV. millia cum Æmylio Paulo Cos-
& senatoribus LXXX. consularibus
atq; prætoribus aut adilitiis XXX. ibi
in exercitus infelicis exitium dux,
terra, cæelum, dies, tota denique re-
rum natura consensit. Siquidem non
Olymp. 140. contentus simulatis transfugis Anni-
bal, qui mox terga pugnantium ce-
ciderant, in super observato loci in-
genio, quod & sol ibi, ut patentibus
in campis, acerrimus, & plurimus
pulvis, & Euris ab oriente semper
quasi ad constitutum, ita instruxit
aciem, ut Romanis adversus hæc om-
nia obversis, quasi secundum cæ-
lum tenens, vento, pulvere, sole, pu-
gnaret. Itaque duo consulares exer-
citus cæsi ad hostium satietatem, do-
nec Annibal diceret militi suo, Parce
ferro. Ducum effugit alter, alter oc-
cisus est. Paulum pudit, Varro non
desperavit. Documenta fuerunt cla-
dis cruentus aliquamdiu Aufidus:
pons de cadaveribus iussu ducis, fac-
tus in torrente Vergilii: modii duo
annulorum Carthaginem missi, di-
gnitasque equestris taxata mensurâ.
Dubium deinde non erat, quin ulti-
ma illum diem habitura fuerit Roma,
quintumque intra diem epulari
Annibal in Capitolio potuerit, si
(quod Adherbalem Bomilcaris dixif-*

se ferunt) quem admodum sciret vince-
re, sic victoria uti scisset. Sed illum fa-
tum urbis imperatura, suaque mens
mala in diversum abstulerunt. Quum
victoria posset uti, frui ea maluit, re-
lictæque Roma Campaniam Taren-
tumque peragrare, ubi mox & ipse,
& exercitus ejus ardor elanguit, adeo
ut verum percrebuerit dictum, *deli-
catam Capuam Annibali Cannas fu-
isse.* Interim respirare Romanos, &
quasi ab inferis emergere. Arma non
erant, detracta sunt templis: Deæ
juventus, in sacramentum militiæ
liberata servitia: Egebat ararium,
opes suas libens senatus in medium,
protulit. Eques sequutus exemplum,
imitataque equitem tribus. Acces-
sit Scipionis fida patriæ magnanimi-
tas. Cum enim à nobilibus adole-
scentibus, propter desperationem,
consilium de relinquenda Italia ini-
retur, ille tribunus militum, stricto
super capita deliberantum ferro, ju-
ravit pro hoste se habiturum eum,
qui non jurasset, minimè à se relic-
tū iri Italiam. Varroni, cujus temeri-
tate accepta clades erat, obviam itum
est, & gratiæ actæ, quod de Republi-
ca non desperasset. Præterea trepida-
tionem urbis & luctum, res in Hispa-
nia meliore eventu à P. & Cn. Scipio-
nibus gestæ, diminuerunt. Asdruba-
lem illi secundis præliis XXXV. ho-
minum millibus spoliarunt; Vigin-
ti quinque occisi, decem millia capta
sunt. Post nuncium victoriæ Cannen-
sis Hanno ex Pœnis, vir nobilissimus,
suadebat senatui Carthaginensium,
ut pacem à populo Romano pete-
rent: nec obtinuit obstrepente Bar-
china factione, *Timendam ille tunc
maxime fortunam, cum maxime splen-
det, judicabat.* Anno quarto, post-
quam in Italiam Annibal venit, M.
Claudius Marcellus vinci eum posse
docuit. Congressus enim cominus,
pepulit eum è Campania sua, & ab
obsidio-

Lib. lib. 22.

*Eutrop. l. 3.
Lib. lib. 23.*

*Aur. Vict.
in Marcell.
Anno eod.*

obsidione urbis *Nole* excussit. Annibal contra multas Romanorum civitates per Apuliam, Galabriam & Bruttios occupando, damnum sibi illatum pensavit.

Eutrop. l. 3. Tunc ergo Philippus, Rex Macedoniae, legatos ad eum misit, promittens auxilia contra Romanos, hac lege, ut illis deletis, ipse quoque contra Græcos auxilia acciperet. Captis igitur legatis Philippi, & re cognita, Romani in Macedonia M. Valerium Levinum ire iusserunt: in-

Polyb. l. 7.

Sardiniam Titum Manlium Torquatam Proconsulem, quod etiam ea sollicitata ab Hannibale Romanos deseruisset. Ira singulari Romanorum in rebus adversis fiducia, uno tempore quatuor pugnabatur locis; in Italia, contra Hannibalem: in Hispania contra fratrem ejus Asdrubalem: in Macedonia contra Philippum: in Sardinia contra Sardos, & alterum Asdrubalem Carthaginensem. Is à T. Manlio vivus est captus, occisa cum eo XIII. capti mille quingenti, & à Romanis Sardinia subacta. Paulo post etiam Philippus Apolloniam oblidens, nocturna Romanorum irruptione, fugatur, & in Hispania à Scipionibus Asdrubal &

Lib. l. 23.

Lib. l. 24.

Mago, Annibalis fratres, quatuor cæduntur præliis, Saguntus restituitur. Turdetani, in quorum gratiam perierat, sub corona veneunt. Hinc bellum in Siciliam quoque migrat. Defuncto enim Hierone rege, filius ejus Gelo, & nepos Hieronymus, ad Carthaginenses defecerant, quibus statim morbo aut ferro consumptis, Sicilia Marcello à Romanis mandatur. Istotam insulam in unâ superavit urbe. Grande illud, & ante id tempus invictum caput *Syracusæ*, quamvis Archimedis ingenio defenderentur, aliquando tamè cesserunt. Longe illis triplex murus, totidemque arces, portus ille marmoreus, &

A. M. 3759.

V. C. 541.

Strabo l. 6.

fons celebratus Arethusa: nisi quod hæcenus profuere, ut pulchritudini victæ urbis parceret Marcellus.

Quamquam enim tertio demum anno eam expugnaret, vino somnoque sepultam, ingenti cum jactura militum opumque Romanarum, tantam tamen victoris modestia eluxit & Plutarchus clementia, ut & capta illa, parcere cuperet *Archimedi Mathematico*, nisi illum formis forte suis in pulvere, *A. M. 3760.* descriptis intentum, miles per insciam transivisset.

In Hispania P. & Cn. Scipiones tot tantarumque rerum feliciter gestarum tristissimum exitum tulerunt. Deserti enim à Celtiberis, quos primos Romana castra mercenarios habuere, prope cum totis exercitibus occisione occisi sunt, anno octavo, quam in Hispaniam iverant: Amissaque ejus provinciæ possessio foret, nisi L. Martii equitis Romani virtute & industria, contractis exercituum reliquiis, bina castra hostium, ut post victoriam nihil timentium, expugnata essent, ad XXXVII. millia cæsa. Martius à Romanis Dux appellatus est.

Non eadem fortuna, quæ Martio, Centenio Penulæ Centurioni adversus Annibalem fuit. Cum enim petisset à senatu, ut sibi exercitus daretur, pollicitus de Annibale victoriam, octo millibus acceptis & voluntario milite duplicatis, temerarii adversus peritum ducem ausus experimentum triste dedit. Tantam enim à veterano imperatore accepit cladem, ut ex tanta multitudine vix mille evaserint incolomes. Centenius, ne vesana temeritatis probris superesset, obiectans se hostium telis cecidit. Illi stultitia par & audacia Cn. Fulvius Prætor, paulo post in insidias ab Annibale pertractus, ubi rem inclinatam, ac trepidantes suos vidit, equo arrepto cum ducentis e-

Lib. 1. 26.
Polyb. l. 8.

Lib. 1. 26.
Polyb. l. 8.

quibus effugit. Ex duodeviginti millibus hominum duo millia, haud amplius superfuere. Castris ipsis hostes potiti sunt. Interim Q. Fulvius Flaccus, App. Claudius Coss. Capuam quæ ante triennium desciverat, obsidione circumvallant, urbem nobilem ac potentem, quæ sicut defectione sua traxerat aliquot populos, ita recepta inclinatura rursus animos videbatur ad veteris imperii respectum. Ibi, quod equitatu prævalebant obsessi, institutum est primum, ut velites essent in legionibus, qui leviter armati, & vehi post equites, & signo dato defilire, pedestremque inter equites ciere pugnam possent. Igitur Annibal obsidionem solutus, cum clade repellitur, Campani eodem tempore erumpentes in urbem rediguntur: Annibal urgentes proprio periculo Romanos ratus, ad tertium ab urbe Roma lapidem super Anienem fluvium castra ponit: ipse cum duobus M. equitum usque ad portam Capenam, ut urbis situm exploraret, obequitat: Sed ab altero ducum Fulvio, quem Romani non omissa Capua, ad patriam tutandam revocaverant, immisso equitatu summotus est. Instructis deinde exercitibus, in ejus pugnae casum, in qua urbs Roma victoriae præmium esset, imber ingens, grandine mistus, ita utramque turbavit aciem, ut vix armis retentis in castra se receperint, majore numinis quam hostium metu. Et postero die eodem loco acies instructas eadem tempestate diremit: ubi recepissent se in castra, mira serenitas cum tranquillitate oriebatur. Parva res dictu minuit spes Annibalis, sed ad magnanimitatem populi Romani probandam satis efficax: quod illis, quibus obsidebatur diebus, ager quem bello captum castris infederat, venalis Romæ fuit, hæcque subjectus invenit emptorem,

nihil ob id diminuto pretio. Major res, quod cum ipse armatus ad inœnia sederet, milites sub vexillis in supplementum Hispaniæ profectos audivit. Tribus enim & viginti legionibus eo tempore Romana res gerebatur. Itaq; cessit fatis, & in ultimam se recepit Italiæ sinum. Capua Capua. deploratam spem sui retinendi intellegens apud Pœnos esse, exitium indies expectabat. Antequam dederetur, Vibium Virium septem & viginti senatores domum secuti sunt: epulatiq; cum eo, & quantum facere poterant, alienatis mentibus vino ab imminentis sensu mali, venenum omnes sumpserunt. De supplicio reliquorum haudquaquam inter Fulvium Claudiumque conveniebatur. Facilis impetranda venia Claudius, Fulvii durior sententia erat. Cum deligati ad palos essent, ut securi ferirentur, literas à senatu missas quibus jubebatur parcere, antequam legeret, in sinu posuit, & lege agi iussit, & supplicium peregit. Multitudo alia civium Campanorum venundata, ager omnis & terra publica populi R. facta, præfectus ad jura reddenda auctoribus ab Roma quotannis missus.

Capta Capua, non minor Romanis Hispania, quam Italiæ cura erat. Cum in comitiis apud populum quaereretur, cui mandaretur tanti moles imperii: nullo id volente suscipere, P. Lib. l. 26. Scipio, P. filius, qui in Hispania ceciderat, professus se iterum, suffragio omnium missus est. Hic bellatricem illam Hispaniam totam, à Pyrenæis montibus in Herculis usq; columnas & oceanum, Romanis acquisivit, nescias citius, an facilius. Quam velociter, quatuor anni fatentur: quam facile, vel una civitas probat. Eodem quippe, quo obsessa est, die capta est, omenque Africanæ victoriae fuit, A. M. 3763. quod tam facile vitta est in Hispania Carthago. Certum est proficisse eum maxi-

maxime Justitia & morum sanctitate, quippe qui captivos pueros puellasque præcipuè pulchritudinis, incolumi restituerit pudicitia, eaque etiam integritate Masanißam, eximium Carthaginienßium propugnatorem, Romanis amicum fecerit.

Similiter interim Val. Lævinus Ætolos adjunxit Romanis, eisque capta loca, Zazynthum, Naxum, & alia tradit, ut promtiores adversus Philippum communem hostem efficiat, cum subinde Annibal spoliatis, quas tenere non poterat, urbibus plurimorum alienat animos, & Romanos respiciendi causam præbet: Ita æquante fortuna, suspensa omnia apud Romanos & Carthaginienßes erant, integra spe, integro metu, velut eo tempore denuo inciperent bellum, Romanorum 12. Colonia fessa bello, militem negabant, 18. persistebant in officio. Nam mox nova Annibali de Romanis victoria contigit. Cæsus prætor Fulvius cum exercitu ad Herdonians, Cl. Marcellus Cos. eadem regesturus victori, æquo Marte pugnat, & subinde cedentem premit, donec effugeret. *Fabius Max. Tarentinos in*

4. M. 3763. deditionem accepit. Marcellus iterum confliquit cum Annibale, priori pugna Annibal, Marcellus in sequenti vincit. Tandem Marcellus & Crispinus Coss. speculandi causa egressi è castris, infidiis ab Annibale circumveniuntur, *Marcellus ab hoste occisus*, laudatur, *Crispinus* fugit, & paulo post ex vulneribus moritur. In Græcia simul Romani cum Ætolis & Attalo Asiæ rege societatem pacti, Achaos bello vexant, sed adventu Philippi repelluntur. Misceatur etiam partibus Machanides, Lacedæmoniorum tyrannus, quem Philopœmen Arcas ad Mantinzam cum quatuor militum millibus oppressit.

A.M. 3764. Plutarchus Philopœmen Polyb. l. 1.

Pausan. in Arcadicis. Lib. 1. 27.

Romæ lustrum à Censoribus con-

ditum est, Censa sunt civium capita *Florus. l. 2. c. 6.* ta centum triginta septem millia, centum & octo: ex quo numero apparuit, quantum hominum tot præliorum adversa fortuna populo Romano abstulisset. Nihil actum erat tanta virtute, tot hominum sanguine, siquidem Asdrubal, frater Annibalis, cum exercitu novo, nova belli mole, veniebat. Actum erat proculdubio de Romanis, si vir ille se cum fratre junxisset. Sed hunc castra metantem Claudius Nero cum Livio Salinatore debellat, Nero in ultimos Italiæ angulos summovertat Annibalem. Livius in diversissimam partem, & in ipsas nascentis Italiæ fauces signa converterat. Tanto interjacente solo, quo consilio, quâ celeritate consules castra conjunxerint, opinantemque hostem collatis comprehesserint signis, neque id fieri Annibal senserit, difficile dictu est. Certe Annibal, re cognita, quum projectum fratris caput ad sua castra vidisset: agnosco, inquit, infelicitatem *Polyb. l. 11.* Carthaginis. LVI. hominum millia apud Senam cæsa prodit Livius, multo pauciores Polybius. Hoc privato publicoque vulnere ictus indo- *Horat. l. 4. Carm.* mitus ille Annibalis animus, confessionem aliquam mutatae fortunæ *Oda. 4.* didit.

Scipio exclusis Hispaniæ possessione Lib. l. 28.

ne hostibus, in Africam ad Syphacem regem Masasilorum duobus navigiis transvectus, foedus junxit. Asdrubal Gisgonis ibi cum eo in eodem lecto accubuit. Reversus cum Astapam urbem oppugnaret, oppidani liberos & conjuges rogo exstructo occiderunt: se insuper præcipitaverunt. Ipse Scipio cum gravi implicitus esset morbo, *Polyb. l. 11.* seditionem in parte exercitus motam confirmatus discussit: rebelantesque Hispaniæ populos coëgit in deditionem venire. Inde assumpto in foedus Masanißa rege, Romam re-

versus, consulque creatus est. Africam provinciam petenti, contradicente Q. Fabio Maximo, Sicilia data est: permissumque ut in Africam traiceret, si ex republ. esse censeret. Eadem ætate Mago Amilcaris filius, ex minore Balearium insula, quam occupaverat, juventute lecta in claustrum imposita, in Italiam XII. millia peditum, duo ferme equitum trajecit: Genuamque nullis præfidiis maritimam oram tutantibus, repentino adventu interceptit. Inde societate cum Ingaunis Liguribus composita, montanos instituit oppugnare. Interim ex Sicilia C. Lælius à Scipione in Africam missus, ingentem reportavit prædam: & mandata Masinissæ Scipioni exposuit, conquerentis, quod non exercitum in Africam ex condicito trajecisset. Multum enim interesse Pœnis, alienos populari fines, an suos uri excindique videant: seque ad res Pœnorum prodendas paratum, in Hispania Indibilis & Mandonius, unicum tantum Romanis superesse ducem rati, seditionem excitaverant: sed à Præfidibus Hispaniæ magna victi clade, Indibilis in acie occisus, Mandonius expositentibus Romanis à suis est deditus. Ita bellum finitum.

Magoni, qui in Galliam ierat & Liguriam, ex Africa & militum ampla manus missa, & pecuniæ, quibus auxilia conduceret; præceptumque ut se Annibali fratri jungeret: Scipio à Syraculis in Bruttios trajecit: & Locros pulso Punico præsidio, fugatoque Annibale recepit. Locris cum male præfisset Pleminius Proquæstor, liberosque & conjuges civium ad stuprum raperet, in catenis Romam ductus, in carcere periit. Per hæc Epirotæ tædio diutini belli, tentata prius Romanorum voluntate, legatos de pace communi ad Philippum misere. P. Sempronius absens Romæ

Cosli creatus, condiciones pacis dixit, ut Parthini, & Dimallum, & Bargulum, & Eugenium Romanorum essent, Atintanes Macedoni accederent. In eas condiciones cum pax convenisset, ab rege fœderi adscripti Prusias Bithyniæ rex, Achæi, Bœoti, Thessali, Acarnanes, Epirotæ: ab Romanis Ilienfes, Artalus Rex, Pleuratus Illyrius, Nabis Lacedæmoniorum Tyrannus, Elæi, Messenii, Athenienses. Ætolis paulo ante cum Philippo convenerat.

Hinc Romani per libros Sibyllinos & oraculum Delphicum in superstitionem versi, matrem Deum Pefinunte Romam transferunt. Tradita est per *Attalus* regem Asiæ. Lapis erat, quem matrem Idæam incolæ dicebant. Bellum numen dixeris, peritosque religionis populos, qui à *Polyb. l. 6.* Satana decepti, in saxo spem victoriæ collocaverint. Sed Romanos in superstitione usque ad stuporem aliarum gentium pronos, etiam Polybius notavit. Excepit saxeam deam P. Scipio Nasica, Cn. Filius, ejus, qui in Hispania perierat, vir optimus à senatu judicatus, adolescens nondum quæstorius. Recreati à metu Romani, toleratam utcumque dubiis rebus vacationem coloniarum, non ultra pati decreverunt. Ardea, Nepete, Sutrium, Gales, Alba, Carfeoli, Sora, Suessa, Seria, Circei, Narnia, Interamna, (hæc namque Coloniarum in ea causa erant) duplicatum, ejus summæ numerum militum dare justæ, qua plurimum antea dedissent. M. Val. Levinus collatas inopi arario pecunias, privatis reddi tribus pensionibus obtinuit, ne fides Reipubl. laboraret.

In hæc tempora mors incidit *Pto. Strab. l. 18.* *lemæi*, quem Strabo quartum & Agathocliæ Prolemæum nominat, additque omnes successores Alexandri male gessisse imperium, imprimis

Lib. l. 29.

Appianus
de bellis.
Punicis.

Lib. l. 29.

Clemens Strom. 1. mis tamen illum, septimumque deinde Ptolemæum & ultimum. De-
Ptol. Cano- cessit, ut habent Clemens & Ptole-
ne. Macc. l. mæus Alexandri, anno regni deci-
3. Euseb. in mo septimo.

Chron. Jo- Ingens adversus eum Dei gloria
seph. l. 2. eluxit. Viso enim Antiocho, post-
contra quam sacra fecisset Hierosolymæ,
App sanctissimum templi adytum, obni-
tentibus frustra Judæis, ingressus,
horrore confestim intremuit, ut pro
exanimi exportaretur à satellitibus.
Redditus sibi, fueta fœcordia con-
tempfit periculum, Judæisque infen-
sus, quotquot in Ægypto nancisci
potuit, contrahi in unum, & D. ele-
phantis objici proterendos jubet. Il-
li hippodromo inclusi, carenisque
onerati, miserabili patrium Deū im-
plorabant ululatu, ut numen suum
à vanissimi regis vindicaret ludib-
rio. Nec incassum cecidere tot mis-
serorum preces. Vocatus enim ad
triste spectaculum tyrannus, mota
mente, nihil se in Judæos imperasse,
extemplo dimittendos ait. Inde
comessabundus ad pristinam revol-
vitur insaniam, efferari elephantos,
conquiri Judæos, iterum objectari
belluis præcipit. Fit quod impera-
rat: accersitur ad spectandas inno-
centissimorum hominum neces. Ju-
dæi rursus supinas, ut poterant, pal-
mas in cælum tendentes, Dei sui in-
vocant præsidium. Et ecce adven-
ientis cum rege satellitii strepitu,
tanquam in furorem acti Elephan-
tes, perfractis repagulis in milites
& turbam circumstantem irruunt,
obvium quemque proculcant. Ju-
dæorum ne unum attingere audent.
Eo miraculo attonitus Philopator,
Judæos, quos mori jusserat, præbi-
tis largissimè sumptibus ad sua di-
mittit, ac vice eorum, qui religio-
nem deseruerant, plethendos ex le-
ge constantioribus tradit. Josephus
historiam Phisconi tribuit. Præerat

tunc sacris Jerosolymæ Onias filius Si-
mon, cui defuncto postea successit
Onias, avi nomen gerens. Filii Jo-
sephi Ducis triburis Palæstina præ-
sidebant, cum fratre Hyrcano trans
Jordanem habitante dissidia alen-
tes: qui fretus favore aulae Ægy-
ptiæ regionem, quam occuparat, ser-
vavit, usque ad Antiochum Epipha-
nem, quem veritus voluntaria inte-
riit morte. Philosophorum hujus
temporis scribacissimus fuit
Diog. La- *Di-*
ert. l. 7. *od. Sicul. l.*
26. Gellius
Chryssp. l. 17. c. ult.
pius, dialecticis deditus argutiis, sui-
que ipsius æstimator indulgentissi-
mus. Res Græcas *Menedotus* Corin-
thius, Hannibalis facta *Sosibius*, Ro-
mana *Ennius* Poëta literis manda-
runt.

PTOLOMÆUS QUINTUS EPI. Anno O-
PHANES, ANTIOCHUS *lymp. 143.*
MAGNUS. PHILIPPUS DE- *Epocha. 254*
METRII. ATTALUS & EU- *Imper.*
MENES, *Græc. 107.*

Justin. l. 30.
Polyb.
l. 15.
Mortuo igitur Ptolemæo Philo-
patore rege Ægypti, relictus in
spem regni filius Ptolemæus, Epipha-
nes, id est, illustris dictus est à Græcis,
sed parvulus ætate præda etiam do-
mesticis & tutoribus fuit. Antiochus
rex Syriæ & Philippus Macedo re-
gnum occupare pueri statuebant. In-
vaditur Phœnicia, cæteræque Syriæ
quidem, sed juris Ægyptii civitates,
Senatus Alexandrinus legatos Ro-
mam mittit, petentes denuntiari An-
tiocho, abstineret regno pupilli; po-
stremis patris precibus fidei suæ tra-
diti; sed frustra. Antiochus & Ju-
dæam ditioni suæ adjecit.

Interea cum Carthaginensibus *Joseph. l. 12.*
debellatum à Romanis, virtute præ-
cipua P. Scipionis, qui primus à de-
victa gente cognomen Africani tu-
lit.

Cum enim ob Pleminii proprato-
ris à se constituti facinora, fama la-
Lib. l. 29.

boraret luxuriæ Scipio, missisq; exploratum legatis abunde se purgasset in Africam tandem Senatus permisso trajecit exercitum. Ibi se ei Masanissa, quem Syphax Numidarum rex regno eiecerat, cum ducentis equitibus junxit, & primo statim bello, Hannonem Amilcaris filium cum ampla manu interemit. Attamen adventu Hasdrubalis & Syphacis, qui propè cum centum millibus venerant, ab obsidione Uticæ depulsus Scipio, hiberna communivit. Romæ interea mirum inter censores certamen fuit. Nam & Claudius Livio Collegæ equum ademit, quod à populo Romano damnatus actusque in exilium fuerat: & Livius Claudio, quod falsum in se testimonium dixisset, & quod minime bona fide secum in gratiam redisset. Idem omnibus tribus, extra unam, ararias reliquit: qui & innocentem se damnassent, & postea consulem censorumque fecissent, egregius levitatis vulgi Aristarchus.

A. M. 3769. Postmodum in Africa Scipio Carthaginenses, & eundem Syphacem Numidarum regem, socerumque ejus Asdrubalem pluribus præliis vincit, adjuvante Masanissa: binaque hostium castra improvisa oppresione expugnavit, in quibus XL. millia hominum ferro ignique consumpta sunt. Syphacem per C. Lælium cepit: Masanissam in regnū restituit. Masanissa, cum Cirtha Syphacis urbs regia caperetur, uxorem ejus, forma & ætate florentem (ut erat gens Numidarum in Venerem præceps) statim adamavit, factisque properanter nuptiis, ne captam Romanis tradere cogeretur, uxorem habuit: Nam antequam Syphaci jungeretur, ipse eam sibi desponsaverat. Castigatus ob id à Scipione, muliebres verito blanditias, per quas Sophonisba Syphacem à Romanorum amicitia a-

lienaverat, temeritatem aliâ temeritate luit. Accito enim famulo, post crebros gemitus, per eum venenum transmittit reginæ, jubens ut memor patris Asdrubalis, & duorum regum, quibus nupta esset, sibi ipsa consulat. Illa, accipio inquit, nuptiale munus, si nihil majus vir uxori prestare potuit, acceptumq; poculum impavide haurit. Jam permunito Tuneto, ipsas ferè Carthaginis portas quatiebat Scipio, cum consternati tot victoriis Pœni simulato interim pacis studio, inhærentem atque incubantem Italiæ Annibalem detrahunt. Fren- *Florus. l. 2.*
dens gemensq; ille Italiam reliquit, *c. 6.*
execratus etiam suum caput, quod *Polyb. l. 15.*
cruentum ab Cannensi victoria militem non statim Romam duxisset. Decimo sexto anno, quam venerat in Italiam, in Africam trajecit, missisque exploratoribus, cum excepti à custodibus Romanis, circumductiq; per castra ultrò reducerentur, minime lætus Scipionis fiducia, pacem per colloquium tentandam censuit. Steterunt aliquamdiu ducum maximi, ille Italiæ, hic Hispaniæ victor, mutua admiratione defixi. Annibal incerta casuum reputare Scipionem, pacem quam bellum malle, *maxima cuiq; fortuna minime credendum mones. Meliorem tutioremque certam pacem, quam speratam, ait, victoriam: nusquam minus, quàm in bello eventus respondere.* Denique Siciliam, Sardiniam, Hispaniam Romanis permittit. Reponit Scipio, scire se, mille scibus subjecta, quæcunque agunt, mortales: Sed fraudulentum Pœnis ingenium esse, nuper simulata pace violatas naves & legatos: *habendam fortunam, quam Deus dederit.* Ubi de pace non convenit, signa cecinere. Constat utriusque confessione, nec melius instrui aciem, nec acrius certari potuisse. Ad extremum cessit *Annibal*, auxiliariis facile suscipis *Afris*

fris solis impetum non sustinentibus Romanorum. Carthaginensium fociorumque caesa eo die supra XX. millia, par ferme numerus captus est, cum signis militaribus CXXXIII. Elephantis XI. victores ad decem millia cecidere. Annibal cum paucis equitibus inter tumultum elapsus, Adrumetum per fugit: accitusque inde, Carthaginem, sexto ac trigesimo post anno, quam puer inde profectus erat, haud spem salutis alibi, quam in pace impetranda sitam fassus est. Per eosdem dies Mago ejus frater, praelio in agro Insubrium cum Romanis commisso vulneratus, dum in Africam per legatos revocatus revertitur, ex vulnere obiit. Mox etiam Vermina Syphacis filius, auxilio veniens Carthagini à parte exercitus Romani fufus fugatusque est, XV. millia hominum caesa. Carthaginensibus ergo demissè petentibus pax data: ut liberi suis legibus viverent, quæ loca ante bellum in Africa tenuissent, tenerent: Perfugas captivosque omnes, & naves rostratas præter decem triremes traderent, elephantosque quos haberent domitos, nec domarent alios. Bellum néve in Africa, neve extra Africam, injussu populi Romani gererent. Decem millia talentum argenti, descripta pensionibus æquis, in annos L. solverent. Juratum in conditiones auctore Annibale, qui dissuadentem eas Gisonem suggesto detrahere ausus, incivilitatem militari ingenio ignoscisci postulabat. Annis ante XL pax cum Carthaginensibus postremo facta erat. Q. Lutatius, A. Manlio, Coss. bellum initum annis post tribus & XX. P. Cornelio, T. Sempronio Coss. finitum est decimo octavo anno, Cn. Cornelio, P. Aelio Paeto Coss. Reberfus in urbem Scipio amplissimum nobilissimumque egit Triumphum: quem Q. Terentius Cul-

leo senator, ob redditam sibi libertatem, pileatus secutus est.

Paucis mensibus post pacem Carthagini datam, 552. anno V. C. quatuor & sexaginta annis post primum bellum Punicum inchoatum, novum inter Philippum Macedoniam regem & Romanos dissidium exarsit, periculo haudquaquam comparandum Punicis bellis, claritate Macedonum propè nobilius. Cœptum illud decem ferme ante annis, triennio prius depositum erat, cum Ætoli & belli & pacis fuissent causæ. Vacuos deinde pace Punica jam Romanos, & ob auxilia nuper in Africam missa ab eo, infensos Philippo; preces Atheniensium, quos agro pervastato in urbem compulerat, excitaverunt ad renovandum bellum.

Philippo animos faciebat, præter ferociam insitam, fœdus ictum cum Antiocho, divisæque jam cum eo Ægypti opes, antequam caperentur. Incitatus ergo cupiditate Asiæ civitatum, ab Attalo & Rhodiis navali praelio ad Chium superatur, nisi quod dubiam victoriam fecisse visus Attalus, cum nave prætoriam è pugna se propriens Philippus ne Romano quidem, quod imminere bello, nec Asiatico territus, instinctu Acarnanum, Athenienses circumfedit. Athenienses enim duos Acarnanum juvenes, per errorem templum Cereris, ipsis Initiatorum diebus ingressos, tanquam ob infandum scelus interfecerant. Per idem tempus Abydenos quoque, quod nec legatos ejus in urbem admittere voluissent, diuturna oppugnatione ad desperationem adigit. Cum enim nihil pacati nisi omnia permittentibus responderet, ad Saguntinam illi rabiè versi, repente omnes ad eadem conjugum liberorumque; discurreunt, sequi ipsos per omnes vias leti, aut Philippi copiis trucidandos objiciunt, aut suis manibus necant, Ita velut Saguntii excidi.

Lib. l. 30.
Polyb. l. 15.

A. M. 377.

Lib. l. 31.
Polyb. l. 16.

Anno eod.

excidium Annibali, sic Abydenorum præcurata clades Philippo animos ad Romanum bellum efferavit.

Litius l. 31. Dum autem Sulpitius Galba Cos.

Polyb. l. 16. exercitum in Macedoniam ducit, Amilcar Pœnus per Insubres Gallos bellum molitur, Placentiam diripit, Cremonam obsidet. Is à L. Furio Prætorè victus cæsusque est, & milia hominum cùm eo. XXXV. Sulpitius, legato C. Claudio, Chalcidem ex improvise cepit & cremavit: qua clade exacerbatus Philippus, quicquid sancti amœnive circa Athenas erat, incendit: dirutaque non tecta solum, sed etiam sepulchra: nec divini humanive juris quicquam præimpotenti ira est servatum. Athenæ interim strenuè ab Attalo Rege & Rhodiis, Romanis auxiliantibus, defensæ. Alius Sulpitii dux Apustius Antipatriam exurit: qui metus Codrionem, fatis validum & munitum oppidum, sine certamine ut dederetur Romanis, effecit. Desperata Athenarum expugnatione, cognitoque ex transfugis, quos levitas ingeniorum in omnibus bellis præbet, ubi consul esset, Philippus ad Octolophum castra ponit. Ibi frumentatoribus Romanorum interceptis, dum imponere fortunæ nescit, longius evagatus, à subsidio pabulatoribus misso in castra fugatur: Eaque pugna moti Ætoli ad Romanorum partes descedunt. Aminander Athamanum Rex & Dardani in Macedoniam irrumpunt. Eos Philippus occultè è castris digressus, decepto per caduceatorem Sulpitio Cos dum inopinantibus advenit, masculè repressit. Minuit ei deinde forte oblata res hostium Ætolorum numerum. Scopas princeps gentis, ab Alexandria magno cum pondere auri ab rege Ptolomæo missus, sex millia pedum, & equites mercede conductos avexit Ægyptum. Classis Roma-

Lib. l. 31.

na à Corcyra, L. Apustio Legato profecta, Attalo se regi conjunxit. Athenienses literis verbisque, quibus solis valebant, bellum adversus Philippum gerentes, quicquid ad notam ignominiamque ejus pertinere poterat, decrevere: ad summam belli invalidi.

Dum igitur Attalus & Romani *Joseph. l. 12. Scocap. 3.* molitiones Philippi reprimunt, Scopas cum validis copiis in Cœlensyriam profectus, multas Antiochi urbes, Judæamque terram in potestatem Ptolomæi retrahit. Verum Antiochus paulò post, victo ad fontes

Jordanis Scopæ, Sidoni inclusum. *Polyb. l. 16. Euseb. Chr.* eum obsedit, & deditum dimisit incolumem. Hinc annitentibus Judæis, præsidium Ptolomæi ex arce Sionia post diurnam oppugnationem expellit. Syriamque, Ciliciam & Lyciam recipit, Hierosolymitis senatoribus, Sacerdotibus & Scribis, templi concedit immunitatem, legesque exercendi patrias arbitrium, nec non universum Judæorum populum ob fidem & sanctimoniam præcipuo honore afficit. Interea T. Quintius Flaminius Cos. adversus Philippum feliciter in faucibus E-

Lib. l. 32. piri rem gerit, fugatumque & castris exutum cogit in Macedoniam reverti. Ipse Thessaliam, qua est vicina Macedoniæ, sociis Ætolis & Athamanibus vexat, L. Quintius consulis frater navali prælio, Attalo rege & Rhodiis adjuvantibus, Eubœam & maritimam oram capit. Achæi in amicitiam Romanorum veniunt: Argi & Corinthus, duæ nobilissimæ civitates in potestatem Philippi: Hinc per colloquium pax tentata, missique Roman legati: Sed

Justin. l. 30. Lib. l. 32. Plutarchus cum demonstrato maris terrarumque Græciæ situ, pernotuisset sentui, si Demetriadem in Thessalia, *Philopœm. Polyb. l. 17.* Chalcidem in Eubœa, Corinthum, in Achaja rex teneret, non posse liberam

beram esse Græciam, & ipsum Philippum non contumeliosius, quam verius compedes eas Græciæ appellare, infecta pace discessum est. Quintius deinde nullam legationem admisit, quam quâ omni Græcia decedi nuntiaret. Philippus optimum ratus, Argivorum urbem Nabidi Lacedæmoniorum tyranno velut fiduciam dare, turpissimè ab eo est deceptus. Nabis enim nihil memor, à quo eam civitatem, & quam in conditionem accepisset, hostibus se Philippi conjunxit, firmatisque præsidio Argis, cum ipse viros spoliasset, ad foeminas spoliandas Apegam uxorem induxit. Ea nunc singulas illustres: nunc simul plures genere inter se junctas, domum accersendo, blandiendoque, ac minando, non aurum modo iis, sed postremo vestem quoque mundumque omnem muliebrem

A. M. 3775. ademit. Tandem *T. Quintius Flaminius* proconsul cum Philippo, ad *Cy. V. C. 556.* *Polyp. l. 17.* *Josephus* in Thessalia acie victo, de *Lib. lib. 33.* bella vit. Frater ejus Acarnanas, *Leu. Eutrop. l. 4.* eade urbe eorum expugnata, in dedicationem accepit. *Attalus* à Thebis ob *T. Flamin.* subitam valetudinem translatus, de *Pausanias* cessit anno regni 44. Pax Philippo *Atticus* & *Achaicis.* petenti his data est legibus, ne Græciæ civitatibus bellum inferret; ut *Strabo l. 9.* captivos & transfugas redderet, *Polyp. l. 15.* quinquaginta solum naves haberet: *Justin. l. 30.* per annos decem quaterna millia pondo argenti præstare, & obsidem daret filium suum Demetrium. Ita qui alienum regnum appetierat, proprio penè exutus, pacis leges à peregrinis dictas accipere coactus est. Offensi tamen *Ætoli*, quod non ex arbitrio eorum Macedonia quoque adempta regi & data sibi in præmium belli esset, legatos ad Antiochum misere, qui eum adulatione magnitudinis in Romana bella, spe societatis universæ Græciæ, impellerent. Decretum etiam legatorum de liber-

tate Græciæ clam mussantes carpebant. Dubitabatur enim de Corintho & de Chalcide & Demetriade, de quibus Romani, quod tempora Reip. postulassent, statuendum callidè reservabant. Retundendis *Ætolorum* linguis, ne ad transferendum à Philippo ad se imperium, transjecisse Romani mare viderentur, Corinthus *Achæis* reddita, reliquæ Græcorum *Plutarch in T. Flaminio* urbes universæ, præconis voce Ludis Nemeis liberæ pronunciatæ sunt, ingenti Græcorum tum admiratione, tum plausu, *Flaminii* gloria incredibili. Veruntamen *Acrocorinthum*, *Chalcidem* & *Demetriadem* sub præsidio teneri Romanis visum, donec *Polyb. l. 17.* cura de Antiocho decessit, quem *Lib. l. 330.* transgressurum in Europam, cum primum ei res suæ placuissent, nihil dubitabant. Antiochi legatis, nihil jam perplexè, ut antè, cum dubiæ res incolumi Philippo erant, sed aperte pronunciatum, ut excederet *Asiæ* urbibus, quæ aut Philippi, aut *Ptolomæi* regum fuissent.

Cum hæc in Græcia Macedoniaque & Asia gererentur, *C. Sempronius Tuditanus* prætor à Celtiberis cum exercitu cæsus est. *L. Furius* & *Cl. Marcellus* consules *Bojos* & *Itasubres Gallos* subegerunt. *Annibal* frustra in Africa avaritiam corrigere judicium molitus, & ob hoc Romanis delatus per epistolas adversæ factionis principum, propter metum Romanorum, qui legatos ad Carthaginensium senatum de eo miserant, profugus ad Antiochum regem se Orientis contulit, bellum jam contra Romanos parantem. Nam Antiochum cum in ordinem redigere legati vellent, responderat ipse. *Asiam* nihil ad populum Romanum pertinere: nec magis illis inquirendum quid Antiochus in Asia, quam Antiocho, quid in Italia populus R. faciat. Cum *Ptolomæo* sibi & amicitiam

citiam esse, & id agere, ut brevi
 etiam affinitas jungatur. Quæ Lyfi-
 machi quondam fuerint, jure belli
 Seleuci proavi sua facta esse, quæ va-
 riè distracta, nunc per orium repetere
 & Lyfimachiam deletam olim Thra-
 cum impetu, de integro condere, ut
 Seleucus filius eam sedem regni ha-
 beat. Sic dimissis Romanis, excitus
 rumore de morte Ptolomæi, Egy-
 ptum versus navigat, obortaque ad
 capita Sari fl. tempestate magnam
 vim hominum, insigniumque ami-
 corum naufragiis amittit. Ephesi de-
 inde morantem, consecutus Anni-
 bal, haud parvum animo ejus mo-
 mentum ad moliendum bellum fe-
 cit. Roma jam felicitatem suam, per
 sentiente, *lex Oppia*, quam C. Oppius
 tribunus plebis bello Punico, de-
 stringendis cultibus matronarum
 rulerat, cum maximâ contentione
abrogatur, Portio Catonè Coss. in-
 mulierum, quæ hac de causa in pu-
 blicum se effuderant, intemperanti-
 am gravissimè detonante. Is Cato in
 Hispaniam profectus, bello quod
 Emporiis orsus est, citeriorem His-
 paniam pacavit, triumphumque illu-
 stre meruit: Flaminius bellum ad-
 versus Nabin Lacedæmoniorum ty-
 rannum, ob querelas Græcorum, à
 senatu jussu, adeò prospere gessit, ut
 captâ penè Spartâ, pacem daret La-
 cedæmoniis, qualem ipse volebat.
 Interim Argivi, quod Pythagoras
 gener tyranni, cum parte validissimâ
 præsidii excesserat, reliquos duce
 Archippo ex arce expulerunt.

Roma ob accessionem Hispania-
 rum, sex jam prætores erant, è qui-
 bus duo quotannis ibant in Hispani-
 am. Amplius & senatui honor est,
 autore per Censores Africano ite-
 rum consule, imperatumque ædili-
 bus curulibus, ut loca senatoria se-
 cernerent à populo. Nam antea in
 promiscuo Ludi spectabantur. Ere-

mit plebs, cur dives pauperem con-
 fessorem fastidiret, novam & super-
 bam libidinem ab nullis ante gen-
 tis senatu neq; desideratam, neq; in-
 stitutam. *Adeo nihil nobis ex anti-* Lib. 1. 34
quo probabile est: veteribus, nisi qua
usus evidenter arguit, stari malunt.
 Sub hæc Flaminius ad concordiam
 cohortatus Græcos, atq; ut ex factis,
 non ex dictis amicos pensent, liber-
 tate modicè utantur, ex omnibus
 urbibus præsidia detrahit, compo-
 sitaq; Republica, quotquot in univer-
 sa Græcia servitutem serviebant ci-
 ves Romani, conquiri & ad se in-
 Thessaliam mitti postulat. Mille du-
 centos sola Achaia habuit. Cum
 Romam reportasset victorem exerci-
 tum, & ob rerum gestarum multitu-
 dinem, triduo triumphavit, immen-
 sasque in ætario divitiis intulit.
 Legatis Antiochi amicitia denegata
 est, ni Rex Europa decederet, & o-
 mnes Graji nominis in Asia civitates
 liberæ dimitteret. Annibal, cui nota
 Romana virtus erat, negabat oppri-
 mi Romanos nisi in Italia posse. Ad *Justin. l. 32.*
 hoc sibi centum naves, & decem mil- *Lib. 1. 34.*
 lia peditum, & mille equites posce-
 bat: promittens hac manu non mi-
 nus bellum, quam gesserit, Italiae re-
 stauraturum. Mittit & Carthagi-
 nem Aristonem Tyrium, qui in bel-
 lum cupidos hortetur, Annibalem-
 que cum copiis affuturum nuntiet.
 Vulgatâ re, cum periculum sibi ab
 inimicis Annibalis præparatum met-
 tueret, Ariston Punico ingenio inter
 Pœnos usus, tabellas conscriptas ce-
 leberrimo loco primâ vesperâ sus-
 pendit, ad universum senatum se-
 missum professus: ipse de tertia vigi-
 lia navem conscendit, & ad Anniba-
 lem revertitur. Quo cogito, Car- *Bellum An-*
 thaginienses ad purgandam publi- *tiobennum,*
 cam conscientiam, ultro rem Roma- *sive Etoli-*
 nis per legatum detulere. Miscen- *cum gestum*
 tur querela de Masanissa, quod di- *A. M. 378.*
 tionis

resse Appia-
no in Sy-
riacis.

tionis Carthaginensium agros occupasset. Scipio Africanus, Cethegus & Minutius, ad rem inspiciendam missi, qui omnia suspensa, neutrò inclinatis sententiis reliquere. Coloniae tum deductae Puteolos, Vulturinum, Linternum, Salernum, Buxentum, Sipontum, Tempam & Crotonem. Italia tam crebris terræ motibus agitata est, ut feriarum tæderet populum, quæ placandis numinibus indicebantur. Prohibitum tandem, ne quis terræ motum ultra nunciaret. Superstitiosissimum populum aliquando satietatem sacrorum suorum subiisse dixeris.

Lib. 1.35.

Sequens annus varia præbuit bella. Digitius Prætor in Hispania tam adversa prælia fecerat, ut vix dimidium militum successori traderet. Is Scipio Nafica erat, qui cæde Hispanorum provinciam Romanis restituit. Cornelius Merula & Minutius Cofficum Bojis & Liguribus cruento varioque bello depugnarunt, majori hostium clade quam suâ.

Interim Scipio Africanus Villius & Sulpitius legati, dum Antiochus defunctum in Syria filium luget, Ephesi cum Annibale familiariter colloquuntur, ut viro forti metum vitæ, quem ex Romanis conceperat, exinant; frequentiusque circa eum conspecti, viliorem eum suspensionemque ad omnia Antiocho faciant. Africanus inter alia quævisse traditur ab Annibale, quem fuisse maximum imperatorem crederet. Responsum ab Annibale, Alexandrum Magnum Macedonum regem, quod parva manu innumerabiles fudisset exercitus: quodque ultimas oras, quas visere supra fidem humanam esset, peragrasset. Quærenti deinde, quem secundum poneret: dixisse, Pyrrhum, eo quod castra metari docuisset: ad hæc neminem elegantius loca cepisse, præsidia disposuisse. Exc-

quenti, quem tertium diceret; semes nominasse. Ridentem Scipionem subiecisse, quidnam tu diceres, si me vicisses: regessisse astu Punico: Tunc verò me & ante Alexandrum, & ante Pyrrhum, & ante alios posuissim. Auditis legatis, cum negaret Antiochus, liberas se relicturum civitates, quæ majorum suorum fuissent, Eumene s Pergamenus Rex, Attali filius, (qui XLIII. regni anno decesserat) maximum ad bellum Romanis calcar fuit, sibi ratus accessurum, quantumcunque virium Antiocho, gravi & potenti accolæ, detraheretur.

Dum hæc agitantur in Asia, M. Lib. 1.35. Fulvius in Hispania Toletum ad Tagum amnem, aliaque oppida capit. In Græcia Nabis Lacedæmoniorum tyrannus, stimulos subdentibus Ætolis, gente feroci, & irata Romanis, ob intercepta Macedonici belli præmia, fœdus cum Flaminio icturnum, Gytheum recipit, Philopœmenem Achæorum prætorem classe superat Sed mox iterum à Philopœmene, viro militari, multosque casus experto, pedestri victus certamine, Lacedæmoni suæ includitur.

Interim Ætoli, incitato jam ad bellum in Europam transferendum Antiocho, Demetriadem Magnetum urbem, quasi reducens Eurylochum exulem, occupant. Hinc, quod in eundæ apud Lacedæmonios gratiæ acquirendæque autoritatis esse putabant, tyrannum Nabin sub specie mittendi auxilii interficiunt. Autor facinoris Alcamenus, dū dies opportunos in scrutandis thesauris exigit, & quam liberatum venerat urbem, intercipere cupit, obruncatur: Ætolorum exercitus, qui una venerat, partim urbe pulsus à Spartanis, in Arcadia venum ivit, partim cæsus occubuit. Philopœmenem Lacedæmonem, tyranni cæde jam liberatam, Achæorum adjunxit concilio.

Appianus. Antiochus res magnas complexus animo, affinitatibus devinciendos finitimos reges statuit: Prolomæo Epiphani dat Cleopatram, adjuncta in dorem Cœlesyria, & Phœnicæ, quam olim ei ademerat: Antiochiam jungit Ariarathi regi Cappadocum: Tertiam filiam Eumeni dedit, quam is propter Romanorum amicitiam abnuit. Inde cum modicis copiis transmissis Hellesponto, in Græciam descendit, Chalcidem opportunam bello urbem capit, magnoque principio res orsus, Eubœam insulam, aliaque oppida subito redigit in potestatem. Cladi fuit, quod à Thoante, vaniloquo Ætolorum prætoris, deceptus, animum ab Annibalis consiliis inflexit ad securitatem. Itaque lente convenerunt ex Asia majores exercitus, bellum in Italiam non translatum hæsit in Græcia, Ptolemæus etiam, contempto affinitatis vinculo, adversus fœderum Romanis auxilia obtulit. Aminander tamen Athamanum Rex, Bœoti & Elei ad vanas spes erecti, societatem cum rege inière. Philippus quoque amicitia, quam omnibus anteferebam suadebat Annibal, inani discussa consilio. Cum enim ossa Macedonum, qui ad Cynoscephalas ceciderant, legi sepelirique jussisset Antiochus, eoque facto gratiam ad Macedones quæreret, Philippus suæ id invidiæ arbitratus, tanquam rex neglectam suorum sepulturam exprobraret, magnopere ab eo animum alienavit. Igitur, qui fortunam in consilio habiturus erat, tunc statim Romanis sese ad exturbandum Thessalia Antiochum aggregavit. Antiochus ita Larissa depulsus, captis plerisque aliis Thessaliæ urbibus, Chalcidem hybernatum venit. Ibi captus amore virginis cujusdam, cive Chalcidensi Cleoptolemo genitæ, per totam hyemem, qua-

Lib. 1.36.
Justin. 1.31.
Appianus.
in Syriacis.

si alta pace, nuptias agitavit, ommissaque rerum maximarum, quas suscepserat, cura in conviviis & sequentibus vinum voluptatibus terit tempus. Nec severiore disciplina milites, quam dux eorum, hybernant. Itaque citius vincitur, quam iustos ex Asia exercitus contraheret. M. Acilius Glabrio Cos. trajecto mari, Larissam ducit, quæ statim dedita. Athamania omnis, dilapso Aminandro rege, in jus ditionemque Philippi concessit. Pharfalus, Scotussa, Phœx, aliaque præfidiis Antiochi infessa oppida Acilio traduntur. Antiochus interim nuptialibus saginatus cœnis, ut delusum se à fortuna & vanis, quas opibus suis aluerat, linguis comperit; Thermopylarum saltum, locum natura permunitum, castris occupat; juga montium Ætolis custodienda tradit. Hos cum M. Porcius Cato deturbasset, tantus repente pavore Antiochi invasit milites, ut plerique abjectis armis fugerent. Quingenti de decem millibus Chalcidem secuti regem, cæteri caesi aut palati. Glabrio persequutus victoriam, Antiochum tota expulsi Græcia, exercitumque sine cujusquam urbis noxa, reduxit Thermopylas, multo modestia post victoriam, quam ipsa victoria laudabilior. Hinc Heracleam capit Ætolorum, ipsoque expeditior Philippus rex Demetriadem, Perræbiam, Dolopiam. Autore Quintio Flaminio, Ætolis Naupacti obsessis induciæ, unde pace agere liceret, datur. Secuta deinde navalis pugna, qua similiter rex Antiochus inferior fuit. Livius Prætor & Eumenes Rex Polyxenidam, ad Corycum profligarunt, decem Antiochi naves demersa, tredecim captæ sunt, eodem anno, quo P. Nafica Boios & Gallos, cæsis eorum duodetriginta millibus, in ditionem accepit, triumphavitque.

Plutar. in M. Catone.
A. M. 3781.
Lib. 1.36.

Media Olympiade CXLVIII. L. Corne-

Lib. l. 37.

Flor. l. 2. c. 3.

Cornelius Scipio Cos. primus omnium Romanorum ducum in *Asiam* trajecit. Legatus ei fuit Africanus, qui se fratris legatum futurum dixerat, si ei Græcia & Asia provinciæ decernerentur, cum Cajo Lælio, qui multum in senatu poterat, jam penè Græcia destinaretur. Nec tam difficilis, quam visus erat, transitus obvenerit Scipioni, quod Antiochus Chersonesum neglexerat, Hellespontum classe nulla obsederat, Philippus contra Rex, remisso paulo ante à Romanis Demetrio filio delinitus, omnia ad trajectum preparaverat. Classis Antiochi Rhodios, duce Polyxenida Rhodio exule, magna clade affecerat, præfecto alibi Annibale similem penè ipsa acceperat, tandem ab Æmylio Regillo ad Myonesum victa, plane maris dominio cesserat. Quo damno percussus Antiochus, quia longinqua tueri diffidebat se posse, præsidium ab Lyfimachia (Thraciæ maritimæ caput erat) pravo consilio deduxit, Sardis que se recepit; immemor Lyfimachia obsidionem diu tolerari, tentari que interim pacem potuisse. Transgressi in Asiam velut pacaram terram Romani, quandoquidem levati sollicitudine belli sibi videbantur, dariores jam Antiocho pacis conditiones dabant. Jussus omni cis Taurum Asia decedere, frustra Scipionem privato officio & muneribus demulsi, frustra filium ejus bello captum gratis restituit. Africanus *privata beneficia à rebus publicis secreta esse dicebat, aliq; esse patris officia, alia patriæ jura, quæ non liberis tantum, verum etiam vitæ ipsi præponantur.* proinde privato impendio munificentia regis responsum. Igitur cum ab utrisq; bellum pararetur, profectis ab Illo Romanis, quo velut ad majorum suorum incunabula ierat, Eumenes Rex occurrit cum auxiliis. Nec multo post præ-

lium cum Antiocho, ad Phrygium amnem, propè Sipylum & Thyatirâ commissum. Obscuram lucem fecerat nebula, ut latam aciem circumspicere haud posset Antiochus. Eo in dexteriore cornu rem bene gerente, sinistrum omne pellebatur. Fugientibus ad castra Romanis M. Æmylius tribunus militum obstitit, armatis que objectis mortem minatur, nisi statim in prælium revertantur. Hic *major timor minorem sicit.* Attonita tam ambiguo periculo legio, comitantibus commilitonibus, qui fugere prohibuerant, redit in prælium, magna que cade edita initium victoriæ fuit. Cæsa hostium L. millia, capti MCCC. & xv. cum rectoribus elephantum. Antiocho pacem petenti (urbes enim Asiæ minoris certatim deditioem faciebant) parum ad superiores conditiones additum, præcaute Africano, *neque Romanis, si vincantur, animos minui, neque si vincant, augeri.* Asia cis Taurum & Europa adempta Antiocho: pro impensis in bellum factis XV. millia talentum Euboicorum imposita. Annibal ut dederetur Romanis, postulatam. Elephantum omnes erepti. Interdictum ne militem ullum ex ditione populi R. haberet. *Eumeni* Lycaonia, Phrygia, Mysia, Jonia, Lydia, Chersonesus in Europa & Lyfimachia: Rhodiis Lycia & Caria cesserunt. Quæ vestigales Antiochi fuerant civitates, libertate sunt donata. *L. Cornelius Scipio* cognomine fratri coæquatus, & *Asiatem* appellatus est.

Victo & ultra Taurum submoto *Lib. l. 38.* Antiocho, Philippus, Athamania *Justin. l. 32.* & Amphilochos recuperantibus *Æ-Florus. l. 2.* tolis & Aminandro, parum ex societate Romana profecisse sibi videbatur. Sed M. Fulvius Cos. in Epiro obsessos Ambracienfes, in deditioem accepit, subegit Cephalemiam, Ætolisque auxilio omni defuturis, *c. 9.* pacem

Justin. l. 31.

Lib. l. 37.

pacem eâ dedit lege, ut eosdem cum Romanis hostes amicosque haberent, & quingenta eis Euboica talenta penderent.

Lib. 1. 38.

Nec dum finis erat eadum, ipsa bellandi libidine faciles ferociendi causas Martiis hominibus præbente.

Cn Manlius, collega Fulvii, Gallogracos (Celtæ erant seu Galatæ, ante multos annos in Asiam transgressi, ut suo dictum est loco) cum soli citra Taurum montem nemini parerent, & in Olympum montem omnis generis ætatisq; turbam traxissent, superato monte expugnabit. Decem

Flor. 1. 2. 6. 11

millia caesi: Numerus captivorum XL. explevit millia. Inter eos fuit Orgiagonis reguli uxor, forma eximia. Centurio quidam libidinis & avaritiæ nimis militaris, cum abhorrentem à voluntario videret stupro, corpori, quod servum fortuna fecerat, vim fecit: Deinde certo aurî pondere reditum ad suos stipulatam, dum dimittere simulat, aurumque pensat à duobus mulieris necessariis numeratum, imperante vitiata, trucidatur: jugulati præcisum caput, veste involutum ante pedes mariti, priusquam eum complecteretur, abiecit mulier, & injuriam confessa corporis, & ultionem violatæ per vim pudicitie, matronalis verecundiæ & generositatis memorabile exemplum Ad Ancyram deinde iterum *victis Gallis, pax data*, ut morem vagandi cum armis finirent, agrorumque suorum terminis quieti tenerentur. Ariaraches Rex Cappadociæ, Eumenis beneficio, cui desponderat per eos dies filiam, in amicitiam est acceptus; quod auxiliis Antiochum juvisset, C. talenta argenti ei imperata sunt. Cn. Manlius, contradicentibus L. Furio & Emilio Paulo legatis, accusantibusque quod ductato per Thraces exercitu, multos viros fortes iis tru-

cidandos præbuisset, acta per se causa in senatu, triumphavit.

Sub hæc *Lacedæmonii*, dum exulibus suis attributos vicos ereptum

Lib. 1. 38.

eunt, perplexo Romanorum decreto permittuntur Achæis, qui duce Philopœmene, ad tradendos defectio- nis auctores vi eos adegere. Inde muros diruere, exules recipere, disciplinam Lycurgi, cui per octingentos annos allueverant, abrogare, concilioque Achæorum obedire iussu, prorsus avita libertate excidunt. Ingens documentum inconstantis seculi, fallacisque fortunæ, non tantum reges Antiochus, Philippus, Nabis: civitatesque, Carthago, Ambracia, Lacedæmon: sed & victores ipsi P. Scipio Africanus, fraterque ejus L. Asiaticus fuere, *Africanus* à Petiliis ac Nævio Tribunis plebis repetundarum *accusatus*, quod *Aurel. Vi-* præda cum Antiocho capta ararium *stor.* fraudasset, librum rationum in conspectu populi scidit: Hac die, inquit, Carthaginem vici. Bonum factum: in Capitolium eam & diis suppli-

Lib. 1. 38.

Seneca Epist. cemus. Simul se universa concio a *stola. 86.* vertit, & secuta est. Majori fortunæ affuetus, quam ut reus esse sciret. Nihil, inquit, volo derogatum legibus, nihil institutis: *equum inter omnes civi-* *tes iussi: utere sine me beneficio meo pa-* *tria:* causa tibi libertatis fui, ero & argumentum. Exeo, si plus quam tibi expedit, crevi: itaque in *voluntarium exilium Linternum concessit*, ubi *A. M. 3789.* reliquam egit ætatem. Moriens ab uxore petit, ne corpus suum Romanam referretur, ne ossa sua ingrata patria possideret. *L. Scipio Asiaticus*

Lib. 1. 38.

eodem peculatus crimine accusatus, damnatusque iudice Terentio Culeone, quem Africanus captivitate exemerat, cum in vincula & carcerem duceretur: Tib. Sempronius Grachus Trib. plebis, qui antea Scipionibus inimicus erat, animosè intercessit, negans

negans se passurum, ut qui imperium R. in extimas terras propagasset, inter fures & latrones abderetur. Ob id beneficium autore senatu, Africani filiam duxit. Sed cum populus quæstores in bona Asiaticis publicè possidenda misisset, non modo in iis nullum vestigium pecuniæ regiæ apparuit: sed nequaquam tantum in ærarium redactum, quantæ summæ erat damnatus. Collatam à cognatis & amicis innumerabilem pecuniam noluit accipere, quæ necessitati ei erat, ad cultum tantum retenta.

Lib. l. 39.

Exinde Ligures Romanum militem acuerunt ad virtutem, cum Asia per rerum abundantiam, opesque regias, ditiores mollioresque exercitus, quam fortiores continentioresque fecisset. Æmylius Coss. subactis Liguribus viam à Placentia usque Ariminum perductam, Flaminia junxit. Bacchanalia sacrum Græcum & quidem nocturnum, scelerum omnium maximum seminarium cum ad ingentis turbæ conjurationem pervenisset, à consule Martio Philippo investigatum, & multorum in poena sublatum est. A Cenforibus L. Valerio Flacco & M. Portio Catone, vir & belli & pacis artibus maximus, motus est senatu L. Quintius Flaminus, T. Quintii frater, sed quod, cum Galliam provinciam Coss. obtinuerat, rogatus à scorto nobili Gallum quendam sua manu occidisse ferrebat.

Justin. l. 32.

Polyb.

Strabo l. 16.

Interea in Syria rex Antiochus, cum gravi tributo pacis à Romanis vitus, oneratusque esset, seu inopia pecuniæ compulsus, seu avaritia sollicitatus, adhibito exercitu, nocte templum Didymæi Jovis seu potius, ut Strabo tradit, Beli apud Elimæos, aggreditur, sacras pecunias abrepturus. Quà re prodita, concursu incolarum cum omni militia interficitur, anno regni XXXVI, Præcipuos ejus,

majorumque Asiæ regum casus, trecentos ante annos Daniel, vates Ebraeus, accuratè prædixerat, libro 10. 11.

que consignatos in testimonium divinæ providentiæ omnibus exposuerat seculis. Rex isto, ne Annibalem dederet Romanis, admonuerat eum periculi. Annibal in fugam versus, in Creta aliquamdiu egerat. Ibi invidiosum se propter nimias opes conspicatus, ad Prusiam Bithyniæ regem contendit, auro in statu, quas secum portabat, infuso, ne conspiceret opes vitæ nocerent. Dein cum Prusias terrestri bello ab Eumene victus esset, & prælium in mare transulisset, Annibal novo commento, autor victoriæ fuit. Quippe omnium serpentium genus in hircules lagenas conjecit, medioque prælio in hostium naves misit. Quæ ubi Romam nunciata sunt, legatus à senatu Flamininus, qui utrumque regem in pacem cogeret, Annibalemque deposceret. Sed Annibal re cognita, summo veneno captivitas morte prævenit. Insigne id tempus trium toto orbe maximorum imperatorum mortibus fuit, Annibalis & Philopomeni, & Scipionis Africani. Philopomeni in transitu fossæ equo præcipitatus, à multitudine Messeniorum, quibus cum bellum gerebant Achæi, oppressus, venenoque necatus est. Annibal nulla cœna plus quam sextarium vini bibere solitus, pudicitiaque inter tot captivas tantâ, ut in Africa natum quivis negaret; ejus moderationis, ut nec insidiis militum petitus sit unquam, neque fraude proditus, quum utrumque hostes sæpe tentassent. Tantis vir, immortalibus Romanorum odiis voluntario, tandem exitio subtraxit. Africanam mortem diximus.

Dum Romani Pollentiam, Pisaurum, Mutinam, Parmam, Aquilejam, colonias deducunt, Thessali aliique

Daniel. 6.

10. 11.

Justin. l. 32.

A. M. 3789.

Corn. Nep.

Annibale.

Lib. l. 39.

Plutarchus

Philopom.

Pausan. l. 4.

6. 5.

Livius l. 39.

aliique Græci accusato Romæ Philip-
po rege perficiunt, ut præsidia à qui-
busdam urbibus deducere cogeretur,
A. M. 3790. V. C. 571. & maritima loca relinquere. Qui-
bus rebus offensus ille, bellum co-
quit: imparatus Romam mittit fili-
um *Demetrium*, cujus verecundiæ
*Persæus, prodicionem patris ab eo agi-
tari,* fugamque ad Romanos confin-
git, testes subornat, Philippum ad
necandum filium sceleratissimis ob-
treccionibus impellit. Comperitis
postmodum fraudibus, Philippus æ-
gritudine animi excruciat, quod
calumniis alterius filii circumven-
tus, alterum veneno sustulisset, & de
pœna Persei cogitat, certus Antigonum
potius amicum successorem re-
linquere, quam infamem parricidio
filium. Sed in hac cogitatione morte
raptus est, anno regni 42. Macedonia
ad Perseum delata. Paulo ante Pro-
lomæus quoque Epiphanes in Ægypto
decesserat, rerum potitus annos
XXIV. Romanos per hosce annos *pe-
sistentia* ita *vastabit*, ut Libitina se-
peliendis mortuis haud sufficeret, æ-
greque suppleri octo, quibus imperium
defenderetur, legiones possent.
Accessit & fraus humana. Veneficii
enim complures damnati inter alios
etiam Hostilia, Calpurnii Pisonis
Cos. uxor, quæ ut filium *Q. Fulvium*
Flaccum, re adversus Celtiberos be-
ne gesta celebrem, Consulera faceret,
maritum veneficio interemerat.

Ibidem.

Lib. l. 39. 40. Igitur hoc temporum tractu, cum
Gell. lib. 17. cap. ult. imperii gloria, *superbia quoque & lu-
xus, magna fortuna comites,* Romam
cômigrarunt. Acilio Glabrioni pri-
ma aurea statua à filio posita, Ludi
scenici, & gladiatorum cruenta cer-
tamina voluptati esse cœperunt. Ac-
cius Plautus festivissimas fabulas, Li-
vius tragœdias exhibuit. M. Porcius
Cato, rigida vir innocentia, vitia
civitatis acerrimis orationibus, ad
maledicentiam usque, infectatus est,

Judæos quoque regum Antiochi
& Seleuci indulgentia in ambitio-
nem & dissidia corrupti. Simon
præpositus templi, ut Oniæ Pontifi-
ci agrè faceret, ad Seleucum profe-
ctus, immensam pecuniarum vim,
Joseph. l. 12. cap. 5. sacris minimè necessariam, à Ponti-
fice asservari calumniatur. Mittitur *Eusebius* in
ad eam diripiendam Heliodorus, qui
Chronicis. thesauris præerat regiis; sed divinis
correptus signis recedit. Nihilo magis
Simon absistit odiis: quoad Oni-
am Jason, frater germanus, corrupta
largitionibus aula, sacerdotio de-
torbaret. Quam rem ingentium Ju-
dæis malorum præbuisse materiam,
sequentes historiæ docebunt. Victo à
Strabo l. 11. Romanis Magno Antiocho, Artaxias
& Theriades Armeniorum reges à
Seleucidis defecere, raptisq; ad se cir-
cumjacentium regionum portioni-
bus, multo majorem reddidere Ar-
meniam. Artaxiæ Tigranes nepos ex-
stitit.

PTOLOMÆUS VI. PHILOMETOR,

Rex Ægypti.

SELEUCUS SOTER, ANTIO-
CHUS EPIPHANES.

EUPATOR, DEMETRIUS, ALE-
XANDER BALLEs,

Reges Syriæ.

EUMENES & ATTALUS,

Reges Asiæ minoris & Thracia.

PERSEUS,

Rex ultimus Macedonia.

*Euseb. Chr.
Epit. Lib. vii
l. 41.*

*Appianus
in Syriaco.
Joseph. l. 12.*

Septimum regni Syriaci annum a-
Sgebat Seleucus Soter, qui & Phi-
loporator, Antiochi M. filius, cum Pto-
lomaëo V. successit VI. puer admodum,
ab amore matris *Philometor* appella-
tus. Erat ex Antiochi filia Cleopatra
procreatus, tutoresque ejus Roma-
norum muniti amicitia, quietum a-
liquamdiu regnum tenere. Sub hac
Seleucus fratrem Antiochum, apud
Roma-

*cap. 5.
A. M. 3792.
Olymp. 150.
Epoche 278
imperii.
Græc. 131.*

Romanos obsidem, tradito in ejus locum Demetrio filio, liberavit. Is cum in patriam reverteretur, jamque Athenis propinquaret, Seleucus incautior, & ob dimentum à Romanis regnum imbecillior, purpuratiffeliodori insidiis perimitur, Heliodorum regno imminentem Eumenes & Attalus vi submovère, suffecto in Seleuci locum fratre Antiocho; qui Syris erat acceptus, anno imperii Seleucidarum 137. Is Babyloniis satrapam imposuit Timarchum, tributis præfecit Heraclidem, fratres corpore infames ambos. Cum Eumene & Attalo, quibus jam nimia videbatur Romanorum potentia, amicitiam firmavit, contemptaque filiorum Ptolemæi ætate, administrandis rebus nondum

Livius l. 42

idoneâ, sub specie tutelæ Ægyptum occupare statuit. Dum hæc ille animo agit, Romani Celtiberos, Lusitanos, Ligures, Istros, Sardonum etiam populos rebellantes, ductu maxime Tib. Sempronii Grachi, Posthumii Albinii, C. Claudii Coss. subigunt. Pestilentia etiam atroci & superstitionibus suis laborant. Cornelius Coss. cæsis hostiis, ex monte Albano rediens concidit. Q. Betilius Coss. Latum montem se capturum de Liguribus prædicans, letum capit, occisus ab hostibus. Rhodii ob malè habitos Lycios increpati à Romanis sunt. *Perseus nobis Macedonia rex, excitis in Dardanos Bastranis, Transdanubianâ gente, tentatisque legatione Carthaginensibus, bellum moliri compertus. Legatis Roma ad eum missis sui copiam non fecit rex subdolos, intestinis externisque cadibus infamis, nec ullo commendabilis merito, nisi effusâ in templa & religiones liberalitate, præferbatur tamen à plerisque Græcis Eumeni, in cives justo, in omnes homines munifico. Tantum adhuc fama & majestas Macedonum regum, apud me-*

mores virtutis eorum populos valebat.

Ejus odium insigne apud Romanos fecit Eumenes, commentarium ferens Romam, quod de ejus apparatibus belli omnia inquirens condiderat, eodem tempore quo Antiochus Epiphanes, misso Romam stipendio & muneribus, per Apollonium legatum amicitiam cum Romanis renovavit. Quare præoccupatis ab Eumene non auribus magis, quam animis senatus, omnis legatorum Persei seu defensionis, seu deprecatio respuebatur, exasperante etiam causam oratione Harpali, velle quidem & laborare, dicentis, regem, ut purganti se nihil hostile dixisse aut fecisse, fides habeatur, cæterum si pervicacius causam belli quæri videat, forti animo defensurum se; *Martem communem esse, & eventum incertum belli.* Patefactis deinde in Eumenem insidiis, quem per latrones, & in Romanorum magistratus, quos Brundisii per hospitem publicum tollere molitus fuerat, hostis à senatu judicatus est. Clarior sub hæc indies Romani imperii feritas & injustitia cepit esse, quantavis senatus prudentia velaretur.

Livius l. 42

M. Popilius deditum se Ligurum x. millia vendidit, pessimo exemplo, ne quis se unquam Romanis dederet impostero, pro mancipio futurus. Post multas altercationes, ægre maxima venditorum pars libertatem recepere. Fulvius Censor regulas de templo Junonis Lacinie detraxit, ut Fortuna equestris ædem, quam in Hispania voverat, sacris spoliis exornaret. Tegulas reddere, Brutiis jussus, cum post censuram, Pontifex M. esset, laqueo semet suspendit, factaque morte periit. Antea quoque legati, qui repente aliquo mitterentur, singula jumenta per oppida, iter quâ faciendum erat, im-

T

pera-

*A.M. 3797.
2. Macc. c. 1.*

*Initium.
regni 3793.*

Libium l. 42

perabant ! aliam impensam socii in magistratus Romanos non faciebant, L. Posthumius Cos. Prænestinis iratus, obviam sibi primus exiri, locum publicè, ubi diverteretur, parari, jumentaque cum inde exiret, præsto esse jussit. Silentium nimis aut modestum, aut timidum Prænestinorum, jus, velut probato exemplo, magistratibus fecit, graviorum indies talis generis imperiorum. Igitur passim oneri sumptuque sociis abinde fuere.

Omnès tunc reges populi que animos in curam Macedonici ac Romani belli converterant. Eumenem cum vetus odium stimulabat Perseum recens ira, quod scelere ejus prope, ut victima, mactatus Delphis esset, Prusias Bithyniæ Rex statuerat abstinere armis, eventumque exspectare. Antiochus imminabat quidem Ægypti regno, & pueritiam regis & inertiam tutorum spernens & ambigendo de Cælesyria, causam se belli habiturum existimabat gesturumque sine ullo impedimento, occupatis Romanis in Macedonico bello; tamen omnia & per suos legatos senatui, & ipse Legatis eorum eximè fuerat pollicitus. Ptolemæus, propter atatem, alieni etiam tum arbitrii erat: Tutores & bellum contra Antiochum parabant, quo vindicarent Cælesyriam, & Romanis omnia pollicebantur ad Macedonicum bellum, Masaniissa, quamquam nuper castigatus, quod lxx. Carthaginiensium oppida castellaque teneret tamen & frumento adjuvabat Romanos, & auxilia cum Elephantis, Misagenemque filium miterbat ad Perseum, Cotes Thrax, Odrysarum Rex, evidentr Macedonum partis erat. Gentius Illyriorum rex, impetu magis quam consilio, iis aut illis se adiuncturus videbatur. *In liberis gentibus populisque, piæ ubique omnis sermè, ut sole,*

deterioribus erat inclinata. Principum pars ita in Romanos effusi erant, ut *authoritatem immodico favore corrumpere*, pauci ex iis, iustitia capti; plures ita, si præcipuam operam navassent, potentes sese in civitatibus suis futuros rati: optimi & prudentissimi neutram partem volebant potentiorē altera oppressa fieri: sed illibatis potius viribus utriusque partis, pacem ex eo manere. Ita inter utrosque optimam conditionem civitatum fore, protegente altero semper inopem ab alterius injuria. Hæc sentientes certamina fautorum utriusque partis taciti ex tuto spectabant. Cum omnia præparata atque instructa haberet Perseus, & suo maxime tempore, alieno hostibus, incipere bellum, posset, locaque præoccupare opportuna, quam exercitus Romanorum in Græciam trajiceretur, spe vana pacis delusus à Mario & Attilio legatis Romanorum, illis se instruendi spacium præbuit, ipse multo imparatior. Gloriabantur iidem Legati; Bœotorum se concilium arte ditrasisse, ne conjungi amplius ullo consensu Macedonibus possent. Hæc ut summa ratione acta, magna pars senatus approbant: Veteres & moris antiqui memores, negabant se in ea legatione Romanos agnoscere artes. *Ejus animum enim in perpetuum vincit, cui confessio expressa sit, se neque arte neque casu sed collatis communis viribus, iusto ac pio bello esse superatum.* Vicit tamen ea pars senatus, cui potior utilis quam honesti cura erat. Legati Macedonum non eis animis audiebantur, qui aut doceri aut flecti possent, xxxix. peditum, æria equitum. Mærant Perseo, quibus vicissimo sexro post pacem Philippo datam annò, bellum renovavit. Primam prælium secundum fecit cum P. Licinio Crasso; duo millia peditum cecidit, equites ducentos, totidem ferè equites cepit

cepit. Si victis instrisset, debellatum foret. Sed impetranda spe pacis iterum occaecatus, agitantibus eum interfecti fratris, aliorumque innocentium hominum furiis, opportunitatem rei bene gerendæ è manibus amissit. Romani non abscedentes à ripâ Pensi, transfulerunt in loca tutiora castra. Eo Misagenes Numida venit cum M. equitibus, pari peditum numero, ad hæc elephantis duobus & xx. Perseus confirmato auxiliis consule, nihil pacati obeinuit, nisi senatui liberum permetteret de se, deque universa Macedonia statuendi jus. Inde præsidium aliquod oppugnans Romanorum, equestri prælio, Romanis tamen cruento, victus est, refectione hac fortuna Romanis animi, regique perculsi. Submissus Crasso Cos. Hostilius, ad militare quidem disciplinam ab effusa licentia formavit militem; at ad rei summam parum profecit. Licinius Crassus, cum prætoribus & legatis, avaræ malignæque socias vexavit civitates, crebræque querelæ Romam delatæ, censuras sanè senatus, sed leniores, quam pro delictorum atrocitate extorsurunt. A præfectis etiam classium multa impotenter in socios facta. Abderitæ & Chalcidenses crudeliter tractati, ne perpetuum servirent servitutem, demisse supplicando impetrarunt. Perseus interim prosperè res in Thracia gessit, Dardanos vicit, multas Illyriorum urbes expugnavit: Uscanæ iv. Romanorum millia cepit. Gentium Labeatum Illyriorum regem, cum sola pecuniæ inopia impediret, quo minus belli socius fieret, Perseus ægrè ab animo suo impetrare potuit, ut vel aliquam impensam in rem maximi ad omniamomenti faceret. Alias quoque occasiones maximas per avaritiam dimisit. Eumenem licet inimicum, mercede onustum implicare parti-

bus poterat, Gallorum XM. equitum & totidem peditum ad fines jam Thessaliæ pettraxerat: Bastarcas etiam. Omnia per tenacitatem omissa, vel corrupta, ut appareret omnibus meliorem pecunie quam regni custodem esse, cum tamen illa amisso regno incolumis ei esse nullo modo posset. Tertius in eum Romæ dux lectus Q. Martius Philippus, per saltus penetravit in Macedoniam aspero & confragoso itinere, ubi, nisi mentem regi Deus ademisset, parva ei manu dele-re omnes Romanorum copias licuisset. Pervagatis saltum Romanis, pavore attonitus, Pellæ gazam in mare demergi iussit, quam recepto postea animo, cum per urinatores retrahi curasset, tantum illius timoris pudorem sensit, ut urinatores & præfectos occideret, ne quem tam dementis imperii conscium relinqueret. Interea cum Cassandream, Melibœam & alias, frustra oppugnarent Martius Figulus Prætor & rex Eumenes, pertaxus moræ Eumenes, & amicitiam jam cum Perseo clam inita suspectus, Pergamum discessit; frater ejus Attalus æquali tenore fidei apud consulem remansit.

Sub hæc Gentius, promisso auro inescatus, Petilium & Perpennam Legatos Romanorum in vincula conjicit, contractisque Lissum xv. millibus militum, bellum in gratiam Persei movet. Perseus necessitates persequendi belli injectas ratus Gentio, pecuniam portantes revocat, amicum fœde delusum in extremas præcipitat calamitates, velut nihil aliud agens, quam ut quanta maxima posset præda, ex victo se Romanis reservaretur. Gentius apud Scodram ab Anicio prætore victus, cum deessent subsidia, dedit se prætori. Primum habere bonum animum iussus, postea cum parente, conjuge, liberis,

Libius l. 33.

Libius l. 44.
Florus l. 2.
c. 12.Libius l. 44.
Florus l. 2.
cap. 13.

iberis, fratre, aliisque principibus Illyriorum, Romam tractus miserandum in triumpho spectaculum præbuit.

Plutarchus in Paulo.

Æmylio.

In Macedo nem quartus Cos. mis sus L. Æmylius Paulus, reformato ante omnia ad prisca disciplinam exercitu, Regem ad Enipeum flumen assequitur. Permunitis castris, C. Sulpitius Gallus, tribunus militum, consulis permisso, ad concionem militibus vocatis pronuntiavit no-

Libius l. 44

Justin. l. 33

repto acciperet, ab hora secunda usque ad quartam noctis, luna defecuram esse. Edita hora luna cum defecisset, Romanis militibus Galli sapientia propè divina videri. Macedonas, ut triste prodigium, occisum regni perniciemque gentis portendens, movit. Neutro imperatorum volente, fortuna, quæ plus consiliis humanis pollet, contraxit certamen, obortum, jumento manibus curantium forte elapso, de quo Thraeces præfidiarii Romanique ad ripas dimicabant. Cumenim multa passim prælia orientur, Romani fluctuantem primo turbarunt, deinde disjecerunt Macedonum phalangem, equitatus propè integer pugna excessit, principe fugæ ipso rege. Cæsa ad xx. millia hominum sunt, ad sex m. qui Pydnam ex acie perfugerant, tibi in potestatem Æmylii pervenerunt, & vagi è fuga vii. capti. Ex victoribus ceciderunt non plus centum, vulnerati aliquanto plures sunt. Rex à plerisque desertus, Amphipolin pervenit. Æmylio Bercæ primum monitu principum, deinde Thessalonica & Pella, & deinceps omnis ferme Macedonia intra biduum dedita. Secuta tandem reliquarum urbium

Libius l. 45

Entrop. l. 4.

Aur. Vrb.

in L. Æmylio.

exempla etiam Pydna est. Amphipoli pro rege loquentibus succlamatum: Abite hinc, ne qui pauci super sumus, propter vos pereamus. Per-

seus Samothracem, religionis opinione inviolabilem insulam pergit, advectis secum duobus millibus talentorum. Sed cruentum animum nec pecunia, nec sacri parietes poterant tueri. Cum Evandrum Cretensem, Persei amicorum constantissimum, templo excedere cogere Samothracem, eo quod Eumenem regem propè Delphos occidere voluerat, veritus conscientiam ejus Perseus, occidi virum, tot sibi casibus expertum, imperavit, Æmylio eoque in amicum facinore omnium Cos. captus à se animos alienavit. Deditus ergo

pratori Octavio, cum in conspectum A. M. 3804.

Æmylii victoris venisset, confurrexit consul, & humaniter habitum conviviis adhibuit, liberosque admonuit suos, & quotquot erant juvenes, in secundis rebus nihil in quemquæ superbe ac violenter consulendum, nec presentis credendum fortuna, cum quid seruisse debeat, incertum sit. Hunc demum Libius l. 45

virum esse, cujus animum nec prospera Justin. l. 33.

flatu suo offert, nec adversa infringit. Anno eo-

Hic finis belli inter Romanos, ac Per-

dema.

regni fuit, quod à summo culmine

fortunæ ad ultimum finem centum

quingenta annos stetit, à Carano us-

que ad Perseum xxx. reges habuit,

annos 923. à Philippo usque ad cas-

sum Persei 190. annis floruit. Macedo-

nibus dimidium tributis, quod re-

gibus ferre soliti erant, impositum.

In quatuor regiones distractis, sublat-

is commercii, lacerum corpus effe-

cti sunt. Similia his & in Illyricum

mandata. Omnes, qui in aliquibus

ministeriis regis, etiã qui in minimis

legationibus fuerant, jussi Macedo-

nia excedere, atque in Italiam ire: qui

non paruisset imperio, mors denun-

ciata. Epiri oppida ferme LXX, om-

nia uno die direpta, CL. millia capi-

rum humanorum abducta, quod

ad Persea defecissent. Atoli deinde

mutuis

mutis se cædibus absumerant. In eâ cognitione magis utra pars Romanis, utra regi favisset, quaesitum est, quam utri fecissent injuriam, aut accepissent. Nexa liberati interfectores, exilium pulsus æque ratum fuit, ac mors interfectis. Hic eventus omnium qui partis Romanorum fuerant per Græciam, inflavit ad intolerabilem superbiam animos, & obnoxios pedibus eorum subjecit, quos aliqua parte supicio favoris in regem contigerat. E sola Achaja, supra mille viri primarii, decreto x. Legatorum evocati sunt ad causam perduellionis Romæ dicendam, interque eos Polybius, Lycortæ prætoris Achæorum filius, qui *vixit eruditione infortunio* per eam sibi Romæ amicos peperit. Reliqui xvii annis in custodia fuere donec magna eorum parte supplicii absumta vel morte, trecentos ferme reliquos, satis jam pœnarum diuturna carceris perpessione dedisse rati, domum dimisere.

Æmilius Paulus repostato Romam exercitu, ob prædam regiam pro republ. interceptam (bis millies, ecnities H S erat) habitosque asperius milites, contradicente pro exercitu Sulpitio Galba, tandem triumphavit, & *Persæum cum tribus filiis ante currum duxit*. Cujus triumphus lætitia ne folida ei contingeret, duorum filiorum mortibus insignita est: quorum alterius funus præcessit, alterius sequebatur triumphum. *Persæus* in carcere foetidissimo septem dies habitus, *Æmilio* senatorem crudelitatem castigante, mitiorem nactus est custodiam, in qua post biennii miserias somno prohibitus, *vivere tandem desit*. Mortui postmodum *Æmilius Pauli* tanta apparuit abstinencia ut cum ex Hispanis & Macedonia maximas opes retulisset, vix ex auctione bonorum ejus redactum sit, unde dos uxori ejus redderetur.

Cæterum per eos dies, quibus ista, per Macedoniam & Græciam agebantur, magni etiam in Ægypto & Syria motus exstitere. Antiochus versatili in omnia ingenio & subdolo, per honestam speciem majoris Ptolemæi reducendi in regnum, bellum cum minore ejus fratre (Physconem hunc Græci, ob ventris ingluviem tumoremque cognominant) Alexandriam tunc tenente gerebat: atque Pelusium navali prælio victor, ponte per Nilum facto transgressus cum exercitu, obsidione ipsam Alexandriam premebat: nec procul, abesse, quin potiretur regno amplissimo, videbatur. Ptolemæus Physcon, & Cleopatra legatos Romam mittunt, qui cum ramis oleæ ingressi curiam, sordidati opem regno regibusque amicis petere. Senatorem extemplo C. Popilium Lenatem & C. Decimum & C. Hostilium legatos, prius Antiochum, dein Ptolemæum adire jubet, & nuntiare, ni abstitatur bello, per utrum steterit, eum non pro amico, nec pro socio habituros esse. Idem Rhodiorum ingressi concionem, decretum obtinent, ut qui pro Perseo adversus Romanos dixisset quid, aut fecisset convinceretur, capite pœnas darent. Dum in itinere sunt, Antiochus frustra tentatis mœnibus Alexandriæ, abscesserat. Cæteraque Ægypto potitus, relicto Memphi majore Ptolemæo, cui regnum quaeri suis viribus simulabat, ut victorem mox aggrediretur, in Syriam abduxerat exercitum. In transitu Palæstinae, Jerosolymam templumque Dei sacerrimum nefariis manibus spoliârat. Interim Ptolemæus Philometor, animadvertens claustra Ægypti haud nudari præfidiis Antiochi, ut cum velit, rursus exercitum induceret, per crebras legationes pacem cum Physcone fratre facit, & cunctis con-

Lib. l. 45.
Pausanias
in Achajicis
& Arcadi-
cis.

Justin. l. 32.

A. M. 3805.
Vellejus Pa-
terculus l. 1.
Plutar. in
Æmilio
Paulo.
Diod. Sicul.
l. 32. Eclog.

Epit. Lib. ii
lib. 46.

Lib. l. 44
Joseph. l. 22
cap. 1.
1. Macc. 10.

Lib. l. 450

1. Macc. 1. 20

ficientibus, Alexandriam recipitur.

*Libius l. 45
Justin. l. 39.*

His cum letari Antiochum con-
veniens esset, si serio Ptolemæum
majorem restitutum regno, non sibi
illud quæsitum voluisset, adeo est of-
fensus, ut multo acrius infestiusque
adversus duos, quam ante adversus
unum pararet bellum. Cyprum ex-
templo classem misit: ipse primo
vere cum exercitu Ægyptum petens,
in Cælsyriam processit. Circa
Rhinocolura Ptolemæi legatis agen-
tibus gratias, quod per eum regnum
patrium recepisset, petentibusque
ut suum munus tueretur, & diceret
potius quid fieri vellet, quam hostis
ex socio factus, vi atque armis age-
ret, respondit, non aliter neque clas-
sem revocaturum, neque exercitum
reduciturum, nisi sibi & tota Cypro
& Pelusio cederetur. Cum quatuor
millia ab Alexandria abesset, legati
Romani occurrerunt. Quos cum
advenientes salutasset, dextramque
Popilio porrigeret, tabellas ei Popi-
lius scriptum habentes tradidit, at-
que omnium primum id, legere ju-
ber. Quibus perlectis, cum se consi-
deraturum adhibitis amicis, quid fa-
ciendum sibi esset, dixisset: Popilius,
pro ceterâ asperitate animi, virga,
quam in manu gerebat, circumscrip-
sit regem, ac priusquam hæc circu-
lo excedas, inquit, redde responsum
senatui, quod referam. Obstupefa-
ctus tam violento imperio, parum-
per cum hæsitasset, Faciam, inquit,
quod censet senatus. Tum demum
Popilius dextram regi, tanquam so-
cio atque amico porrexerit. Die dein-
de finita, cum excessisset Ægypto
Antiochus, legati concordiam etiam
inter fratres firmarunt, inter quos
vix dum recte convenerat.

*Athenæus
l. 5. & 10.
aitans Po-
lyb. l. 26. 27.
& Ptol.*

Sic reversus in Syriam Antiochus,
adeo se in omne scelus & impieta-
tem effudit, ut non Epiphanes, id est,
illustris, sed Epimanes, hoc est, furio-

sus à cordatioribus diceretur. Con-
vivia agitavit & ludos, sumptu inau-
dico. Interdum mille, aliquando
mille & quingenta triclinia convivis
implevit, ipse ferculorum gestatori-
bus duces, mimis, histrionibus, sal-
tatoribus, coquis, opificibus sode-
lem se præbuit, publica frequentavit
balnea, fontes vino miscuit, plebejos
pretiosissimis unguentis perfudit,
denique ea egit, ut omnes puderet
tantæ in rege scurrilitatis. Interdum
more Romano circumeundo fora,
& prensando vilissimum quemque,
ut tribunus plebis, adilifve legeret-
ur, petebat. Lectus, posita sella pu-
blice, forensi turbæ præsidebat; te-
mulentus per vias nummos sparge-
bat aureos, proclamans: Sumat, cui
fortuna dederit. Circa religiones
nullus regum manifestius insanit, *Joseph. l. 12*
Temporum alia nudabat, alia incre-
dibili exornabat sumptu. Præcipuum
cum Deo Opt. M. qui Jerosolymis
colebatur, bellum gessit. Cum pri-
mum ex Ægypto reverteretur in
Cælsyriam, omnes templi thesau-
ros sacrilegis manibus diripuit, vasa
& instrumentum omne sacrum abs-
tulit, lxx. hominum millia occidit,
totidem vendidit, xi. secum abduxit. *Olymp. 153.*
Iterum deinde à Popilio jussus Æ-
gypto exire, iratior Jerosolymam
nudavit mœnibus; diis Græcorum
facere Judæos coëgit, altare Dei o-
mnipotentis dæmoni sacravit *Olym-
per. lib. 2.*
pio. Inter alios complures, quos ve-
sana tyranni impietas ad necem tra-
hebat, Eleazari scribæ nonagenarii,
& septem fratrum, quos omnibus
tormentis excarnificavit, quod Deï
majorem, quam vilissimi regis cu-
ram ducerent, divina constantia eni-
tuit. Nec deerant, qui motis in patria
seditionibus, factisque cadibus, ad
ejusmodi audenda occasiones darent
tyranno, Eorum feruntur capita Ja-
son, & Menelaus, sacrorum caupo-
nes,

*Ebergetts
commenta-
ria, & He-
liodorum,
& Philar-
chum.*

*1. Macc. 1.
2, 3.*

*Joseph. l. 12
7. 8. 9. 10.*

2. Macc. 4.

Olymp. 153.

*Æ. Imp. Græ-
cor. an. 145.*

*2. Macc. 6. 7
Sulpit. Se-*

per. lib. 2.

nes, mancipēs scelerum, quorum ille
 2. Macc. 4.5. Oniam fratrem natu maximum dignitate pontificali depulit, hic etiam vita sceleratissime eum privavit.

Cum ergo, quicquid sancti apud
 Joseph. l. 12. Judæos erat, pollueretur, & sacra volumina undique conquesta in flammās mitterentur, conditaque ad templum arce, vis armata sacrum Dei summi impediret, Samaritæ, solita
 Diodor. Siculus. l. 34. Eclog. levitare, legem Moysi & Judæorum, quibus secundis eorum rebus gloriabantur, averfati, templum suum Græcorum Jovi dedicant, Antiocho tanquam illustri Deo literas mittunt, digni talis Dei imperio. At *Matastias* sacerdotum Judaicorum unus, Asiam Onæi pronepos, filius & Clientelis clarissimus, cum ad sacrificandū Græcorum numinibus cogerebatur, tantum abfuit ut pareret, ut divino zelo percitus, Judæam quendam impiis se sacris polluentem, ad ipsam mox aram mactaret. Vocatis deinde ad arma, quibuscunque cordi erant leges & libertas avita, manū contraxit, non contemnendam hominum, quibus *ingrata vita sine libero veri Numinis cultu, & quasi fastidio erat.* Cum illis circummeundo montes & tutiores locos, altaria profana diruit, infantes morte patrio circumcidit, superstitionē popularium, quā nonnulli sublati, otium ad perniciem suam servabant, eximit animis, testatus, *etiam feriatis diebus, licere utique corpus, vitamque cui libet suam turri.* Vertente anno confectus jam senio, *Judam Maccabæum* filiorum fortissimum, ducem reliquis, alterum Nionem, sapientia præstantem, consiliarium piis præfecit.

Igitur Judas, paternæ æmulus
 1. Macc. 3.4. virtutis, hostes juxta & transfugas Joseph. l. 12. Judæorum, acerrimè persectus, brevi manifestum ab Antiocho bellum habuit. Apollonius præcipuo in honore apud regem *invastit Juæos:*

A. M. 3807.

Sed à Iuda vincitur & occiditur. Eadem Anno eodē. dem Seronis Syria præsidis fortuna fuit. Hisce cladibus irritatus Antiochus, ingentem scribit exercitum, nec fidens thesauris, quos non minus in convivia & ludos, quam bella continua profuderat, ad superioris Asiæ provincias vadit, pecuniam expediturus, Syriæ Lyfiam præficit. Lyfias tres duces, Ptolomæum, Gorgiam & Nicanorem legat in Judæam, addens eis XL. peditum, septem equitum millia, ut & Judæos excindant, & è circumpositis populis novos agris colonos inducant, Judas nihil conterritus tanto apparatu, quantum penè inermes ducebat milites, formata in pietatem & constantiam trium millium manu, missionem dedit omnibus quoscunque recentes nuptiæ, aut spes rerum secundarum nimio vitæ amore impleverat. Sic castra aggreditur absentis Gorgiæ, explorato antea, cum cum parte militum ad insidias sibi tendendas egressum. Victis repentinâ impressione syris, incendit castra, & Gorgiam clade suorum conternatum, totâ exturbat Judæa. Lyfias comperito infortunito auget copias, LXX. peditum & equitum in Idumæam trahit. Judas subnixus æterni fiducia Numinis, tantam multitudinem cum x. admodum millibus adortus, in fugam vertit, caesisque v. millibus hostium, ingenti potitur præda. Animadvertens ergo Lyfias cum fortibus viris rem esse, quibus univervis aut vincere decretum, aut mori; Antiochiam se recepit, alius bellum consiliis gesturus. Interim Judas ad divinam usus gloriam divinitus datis victoriis, templum triennio profus desolatam repurgare instituit, seligit sacerdotes, instaurat sacra, novum altare Deo edificat, solennibusque ceremoniis per octiduum *Encenia* agit: circummuniat templum præ-

diis,

1. Macc. 4.5.

Joseph. l. 12. c. 11. 12. 13.

1. Macc. 4.5.

Joseph. l. 12. c. 11. 12. 13.

1. Macc. 4.5.

Joseph. l. 12. c. 11. 12. 13.

A. M. 3809.

Mense 9.

Die 25.

Anno Græcorum 148.

1. Macc. 4.5.

Joseph. l. 12.

c. 11. 12. 13.

1. Macc. 4.5.

Joseph. l. 12.

c. 11. 12. 13.

1. Macc. 4.5.

Joseph. l. 12.

c. 11. 12. 13.

1. Macc. 4.5.

Joseph. l. 12.

c. 11. 12. 13.

diis, ne quis profanus sacerdotum
interrubare munia possit.

Ea res adeo accendit finitimarum,
iras nationum, ut quasi foedere com-
posito, ad delendum nomen Hebræi
pariter insurgerent. Idumæi erant,
Sidonii, Ammonitæ, Arabes, Syri:
Sed tanto alacrior Judas singulos,
priusquam coire possent, depopula-
tur. Idumæos acie fundit, castella
& urbes expugnat. Inde partitus
cum fratre, copias, ipse in Ammoni-
tas & Arabes, Simon in Phœnices
vadit. Ubique res Hebræa superior
fuit: ubique strages editæ gentium.

Qui in Transjordani terra & Galilæa
obnoxios se incurfionibus putabant,
in Judæam cum Simone & Juda pro-
fecti, ubi vis unita esset validior.
Sub hæc clades aliqua accepta, ut ni-
hil ex omni parte beatum, in bello
præcipue. Josephus & Azarias,
præfecti Judææ cum mandatis, ne
absentibus Juda & Simone in casum
alex darent Remp. stimulantē fama
fratrum, Jamniam oppugnare insti-
tuunt. Inde eruptione Gorgiæ fuga-
ti, amissis duobus millibus, docu-
mento fuere, quam infelix sit laudis
cupido, sine peritia rerum & vado-
ritate legitima. Interim Epiphanes
iterum circa templum insistentis, dum
Dianæ Elymaidis in Persia fanum,
opulentissimum spoliare opibus co-
natur, repulsus à subditis, Babylo-
nem recedit cum probro. Ibi cogno-
to, exercitus suos toties casos à Ju-
da Maccabæo, ingentem animo mœ-
rorem concipit, cui impar, passus ob-
scelera in Numen populumque He-
bræum sibi pereundum, invalescen-
te morbo moritur, anno regni xii. re-
lictis impubere filio, cui Eupatoris

Joseph. l. 12.

cap. 3.

1. Macc. 6.

2. Macc. 9.

A. M. 3810.

2. Macc. 10.

1. Macc. 6.

Igitur soluti Tyranni metu Judæi
cum Timotheum dusem ingenti
prælio fudissent, præsidium Græco-
rum in arce Sioniâ obsident: eaque

audacia Eupator Regem & Lyfiam
perpellunt, ut adunato exercitu cen-
tum millium peditum, xxx. equi-
tum, ad hæc xxxii. elephantis, Ju-
dæam invadant. Betzura, quod an-
nus esset Sabbaticus, quo terram Ju-
dæis colere nefas, fame domita de-
ditur, dimissis præfidariis. Jerosoly-
mitani templi munitiones acriter
oppugnantur, nec eas segnius defen-
dit Maccabæus. Extracta igitur opi-
nionē diutius obsidione, nunciatur
in castra regis, Philippum, quem Epi-
phanes moriens tutorem designave-
rat, tenere Antiochiam, regnumque
pro tutela usurpare. Hanc rem majo-
ris momenti ratus Lyfias, quam ex-
pugnationem Jerosolymæ, in pacem
inclinat animum. Et quanquam Eu-
pator, fictis in gentem Judaicam cri-
minibus, ad eam delendam vehe-
mentissimè incitabatur, tamen auto-
re Lyfia pacem eis concedit, dirutis-
que contra datam fidem munitioni-
bus, recipit sese Antiochiam, Mac-
cabæus, à Ptolemaide usque ad Ge-
renos præses declaratur; Menelaus
contra, tanti concitor belli, Berreæ
in cineres dejectus jussu Eupatoris,
prodicionis & sacrilegiorum pœnas
dedit. Huic in sacerdotio successit Al-
cimio, scelestus homo fidei, & bonis
quibusque inimicus. Hic finis horri-
bilibium Antiochi Epiphanis & Eupa-
toris conatum in Judæos existit,
quos & alii eorum Prophetæ sacris
libris prædixerant, & ante quadri-
gentos annos Daniel, ne quis tantas
Dei populo calamitates, citra aterni
numinis providentiam, accidere exi-
stimaret. Impietatis & perjurii An-
tiochus filiusque ejus supplicium
Deo pependere. Nam non solum pa-
ter tanta reus immanitatis, sædissi-
mo morbo interiit, sed & post bien-
nium Eupator & Lyfias, dignum fa-
ctis exitum habuerunt.

1. Macc. 6.

Diod. l. 34.

Joseph. l. 12.

cap. 14. 15.

2. Macc. 13.

24.

A. M. 3811.

Joseph. l. 12.

cap. 11.

Dan. 8. & 11

Psal. 74. 79

Cum enim Demetrius Seleuci, qui
ante

Epit. Libii
l. 46.
Regnum
incipit.
A. M. 3812.

ante Epiphanem regnaverat, filius, obles Romanis datus regnum sibi, qui majori esset Antiochi Magni filio genitus, debitum, comperisset à patruele interceptum, in Syriam clam venit, & Tripolin urbem maritimam arte occupavit. Mox deficientibus ad eum certatim Syris, Eupator & Lysias à suis trucidantur, exercitus ad Demetrium universus signa transfudit.

1. Macc. 7.
2. Macc. 14.
Joseph. l. 12.
cap. 17.

Ejus iterum regis aures implet Alcimus, Maccabæum rebellionis accusat, Hierosolymam reducit eum exercitu. Sed obnitente cruentis ejus conatibus Maccabæo, rursus implorat opem Demetrii, qui adjungit delatori Nicanorem, virum ingenii militaris & infidi: à quo principio honestè habitus Judas, & sacerdotio præpositus; paulo post infidiis petitur. Quibus à Juda callidè vitatis, Nicamor minaci juramento exitium templo denunciat, ni Judas sibi tradatur. Sed interpositis aliquot diebus, diræ sacerdotum in caput Nicamoris vertère.

A. M. 3812.
13. Mensis
Adar.

Commisso enim prælio vincitur à Juda, totusque exercitus in fuga trucidatur. Novem fuisse millia ferunt: salius Maccabæorum liber, sed minoris fidei, XXXV. millia prodit. Tanta potitus victoria Judas, sacerdotio præficitur à populo, & cum Romanis tot jam regum & populorum victoria non minus quam fide in sociis claris, factus amicitiam jungit, quorum tamen subnixus ope, ad exemplum locandæ in Deum fiducia castigatus brevi legitur.

Anno eod.

Erat annus imperii Græcorum. CLII. Olympias CLV. cum missus in Judæam Bacchides, desertum à suis plerisque Judam, fortissimè tamen pugnantem ac pene victorem, circumventum acie occidit, totamque fere Judæam in potestatem redegit Demetrii: Quæ dispositis hinc inde

per oppida præfidiis, tam sæde est vastata ut post Prophetarum temporam nulla ei major calamitas acciderit. Inflat enim Maccabæi morte desertores & transfuga, confluent ad Bacchidem, adeoque præfecturas adepti & tribunatus, undecunque investigatos sectatores Judæ ad necem rapuere, sed perbrevis impiorum felicitas esse consuevit.

Circumstantibus enim periculis, 1. Mac. 9. 31. Jonathan frater Judæ, à meliori Judæorum parte dux legitur collectosque suos, ne præcipitarent in insidias, Thecoanum in desertum subducit.

Bacchides, compertis latebris, bello eos statuit persequendos. Concurrent acies ipso sabbatho, & congressi cominus duces, ægre alter alterius manum evasere. De Bacchidis exercitu mille interfecti, Jonathan cum suis ad ulteriorem Jordanis ripam enavit, non ausis fluvio se committere hostibus. Interjectis diebus, Bacchides Jerichuntem, Bethalem, Gazam, aliaque munit oppida, Jonathan ex Amoraïs, qui fratrem ejus Johannem occiderant, prædas agit. Interim Alcimus Pontifex demoliri conatus sacrum interioris atrii parietem, repentina percussus paralyti concidit, occlusaque voce impiâ exspirat.

Quo facto Bacchides ad Demetrium regem revertitur, qui punitis Heraclide & Timarcho, Babyloniorum præfectis nequissimis, Epiphanis quondam exoletis, Soter à Græcis dictus est. Jonathan biennium nactus quietem ad res suas ordinandas, dum insidiis petitur transfugarum. Sceleratorum principes comprehendit, & merita morte multat. Inimici ejus Bacchidem denuo in Judæam accersunt, facilem de Jonathan victoriam pollicentur. Sed Jonathan munita Bethsaba, acriter se defendit, traque Simoni custodia castelli, depulatur adversarios. Exultis deinde quibus

1. Mac. 9. 31.
Joseph. l. 13.
cap. 11.

1. Mac. 9. 54.
A. M. 3814.
Mense 2.

Appian. in
Syriacis.

1. Macc. 9.
Joseph. l. 13.
c. 2. lib. 1.
cap. 2.

quibus oppugnabatur, operibus, tantum Bacchidi iræ ac desperationis facit, ut infausta expeditionis autores, quos adjectum venerat, interficeret. Hinc pacem ei offert Jonathas, qua facile impetrata, sixoque Machmazi domicilio, jus dicere Judæis incipit. Sic nihil quoquam impedi-
genti quadriennium præfuit.

Epit. Libii 46. 47. Dum hæc fierent, *Ptolomæus Philometor* à minore fratre regno pulsus, missis ad eum Romæ legatis, in regnum restituitur, sædusq; tandem inter fratres ictum, ut alter in Egypto, alter Cyrenis regnaret.

Diod. Sicul. eclog. Ariarathæ interim Cappadocia regem mortuo, filius ejus *Ariarathes* accepit regnum, & amicitiam cum populo Romano renovavit. Hunc Demetrius expulit Cappadocia, ejusq; loco Olofernem mille talentis induxit, fratrem Ariarathi habitum, quos ambos Antiochis regina, cum sterilem se putaret, ex se natos mentita, Ariarathi regi suppofuerat. Postea præter spem Mithridatem filium enixa, ut Ariarathes ad Romanos educandus mitteretur, Olofernes in Joniam, effecerat. Mithridates cum brevis ævi esset, Romanis Ariarathem capessere regnum placuit, ejectumque à Demetrio, restituit senatus, eodem tempore quo C. Martius

Epit. Libii lib. 46. *Coss.* adversum Dalmaras parum prosperè primum, postea feliciter pugnavit. Cum quibus bello confligendi causa fuit, quod Illyricos populi Romani socios subditosque visitaverant. Eandemque gentem Cornelius Nasica Cos. perdomuit, sicut Q. Opimius Cos. Transalpinos, Ligures, Massiliensium oppida Antipolim & Niceam populantes.

A. V. C. 598. Anno quingentesimo nonagesimo octavo ab urbe condita, Q. Fulvius & T. Annius Coss. peractis comitiis, insequentisq; anni consulibus creatis, magistratus inire ceperunt. Mu-

tandi comitia causa fuit, quod Hispani rebellabant, ex qua provincia ad suggerendos magistratus ad urbem redire non poterant.

Anno imperii Græcotum centesimo sexagesimo, adjuvantibus & Ptolomæo rege Egypti, & Attalo rege Asia, qui Eumeni fratri, unde quinquaginta annis regimine functo, successerat, & Ariarathæ Cappadocia, bello à Demetrio lacesfitis. Antiochenfes perosi duriciam Demetrii, subornant propalam Alexandrum, qui Syriæ regnum velut paternum repeteret, genitumque se Antiocho rege ferret. Is admirabili rerum varietate, totius ferme Orientis viribus succinctus, etiam Jonathæ ducis Judæorum, quem summum pontificem declaraverat, bellum Demetrio *A. M. 382* *in* *infert*, viciumque vita pariter ac regno spoliatur: quanquam nec Demetrio animus in propulsando hoste defuit. Nam & primo prælio Alexandrum fugavit, & regibus bellum resistentibus, multa millia in acie cecidit. Ad postremum tamen invictus animo, inter confertissimos dimicans, cecidit, anno regni undecimo. *Ale. 1. Macc. 19.* *xander regno positus* regales ambit *A. M. 382.* nuptias, filiam Ptolomæi Philometoris *Joseph. l. 13.* uxorem ducit, Jonatham præcipuis *cap. 7.* honoribus afficit.

Iisdem annis quatuor maximis motibus terrarum orbis intremuit, bello Asiatico Demetrii & Alexandri, Macedonico, eique ad hærentes Achaico, & Carthaginienfi tertio, & Hispanico.

Demetrius Soter initio belli duos filios apud Gnidium hospitem suum, cum magno auri pondere commendaverat, ut & periculis eximerentur, & si ita fors tulisset, paternæ ultioni servarentur. Ex his major Demetrius, annos pubertatis egressus, audita Alexandri luxuria, quem in sperata opes & aliena felicitatis or-

namenta, velut captum, inter scortorum greges desidem in regia tenebant, auxiliantibus Cretenlibus, securum ac nihil hostile metuentem aggreditur. Eum *Apollonius*, Cavæ Syriæ præfectus recepit; sed cum insolenter in bellum provocaret *Jonathan*, *victus* octo hominum milia amittit. *Jonathas* Joppen capit, & *Ascalonem*: *Azotum* incendit, idolum *Dagonem* excindit; ob rem præclare gestam regis Alexandri donis colitur. *Florus* ex *Livio* dicit, de stirpe *Persei* regis Macedonum fuisse *Alexandrum*, inertia *focordiaque* *Prusias* *Bithyniæ* regi similem. *Prusias* iste, qui quondam pileatus *Romæ*, per extremam adulationem se libertum *Populi Romani* jactaverat, omnium humillimorum fautor atque vitiorum, à *Nicomede* filio, adjuvante *Attalo* rege *Pergami*, occisus est. Habebat alium filium, qui pro superiore ordine, dentium enatum habuisse unum os continens dicitur. Eum pater regno destinabat, *Nicomedem* morti. Sed res adolescenti ab his, qui facinus susceperant, proditur, hortatique sunt, ut provocatus crudelitate patris occupet insidias, & in autorem recorqueat scelus. Igitur cum accitus, in *Bithyniam* venisset, statim rex appellatur, *Romani* Legatos ad pacem inter patrem filiumque constituendam mittunt. Unus ex iis caput, multis cicatricibus sparsum habebat, alter pedibus æger, tertius ingenio focors erat. Itaque eam legationem *Cato* dixit, nec caput, nec pedes, nec cor habere: nec quicquam eâ effectum. *Prusias* enim regno spoliatus à filio etiam à servis est desertus. Cumque in latebris ageret, non minore scelere, quam filium occidi jusserat, à filio interficitur.

Non dissimile inter *Ptolomæum* *focerum* & *Alexandrum* generum

certamen emerfit. *Alexandro* jacente in ganeo & *Iustris*, *Ammonius* regnabat; per quem & amici ejus *plerique*, & *Laodice* regina, & *Antigonus* *Demetrii* filius, occisi. Quare clam insensus *Alexandro* *Ptolomæus*, cum ingentibus copiis venit in *Syriam*, titulo defendendi genero imperii, te ipsa ut suum id faceret. Aperiuntur illi portæ urbium, totaque ora maritima usque ad *Seleuciam* potitur. Tum demum aperto consilio, filiam *Cleopatram*, *Alexandro* creptam, dat *Demetrio*, ingressus que *Antiochiam*, duo sibi diademata imposuit *Egypti* & *Syriæ*. Quibus compertis *Alexander*, è *Cilicia* copias educit, acie configit cum *Socero*: Sed victus in *Arabiam* profugit, ubi transfereantibus ad *Demetrium* signa militibus, truncatus capite à *Zabdiele* dynasta (*Josephus* *Dioclem* nominat) dedit pœnas & *Demetrio* seniori quem occiderat, & *Antiocho* *Epiphani*, cujus mentitus originem fuerat. Annos potentis egerat *V*. Nec *Ptolomæus* viso generi capite diu est lætatus. Etenim in prælio graviter in caput vulneratus, in ter curationem, dum medici ossa te- rebriare contendunt, expiravit, rerum potitus per varios casus, annos *XXXV*. In ejus locum frater minor, qui *Cyrenis* regnabat, successit. Hic belli *Syriaci* fuit exitus.

Atrocior *Punici*, quod tertium vocant, fuit. Id bellum è discordiis *Masanissæ* & *Carthaginiensium* occasionem sumit, vim à *M. Catonis* & aliorum *Romanorum*, ambitione, quibus nihil modestior fuit *Carthagini* *Gisgo*, *Amilcaris* filius. Castigato senatu *Carthaginiensium*, quod contra fœdus exercitum, & navales materias haberent: pacem inter *Masanissam* & eos facere voluerunt *Romani*, *Masanissæ* agro, de quo liserat, sponte sua cessit. Sed *Gisgo*, qui

1. Mac. 10.
A. M. 3828.

Epit. [Lib. 1. 50.

Strabo. l. 13.

Justin. l. 34.

Diod. Sic. l. 32. Eclog.

Epit. Lib. 1. 50. Appianus in Mithridaticis.

A. M. 3827.

Justin. l. 35.

An. eodem. Joseph. l. 13.

Diod. Sicul. Fragm. l. 32.

1. Macc. 11.

An. eodem. Sulpit. Se- verus. l. 2.

A. M. 3823.

V. C. 604.

Epit. Lib. 1. 48.

tunc in magistratu erat, homo seditionosus, cum senatus pariturum se iudicio legatorum dixisset, ita bellum adversus Romanos suadendo concitavit, ut legatis, quo minus violarentur, fugam explicuerit. Id nuntiantes, infestum jam senatum Carthaginensibus infestiores fecerunt, eodem tempore, quo M. Portius Cato funus mortis filii in prætura, tenuissimo, ut valuit (nam pauper erat) sumptu fecit, & Andriscus, qui se Persei filium, regis quondam Macedoniæ, ingenti asseveratione mentiretur, Romam à Demetrio missus est. M. etiam Æmilius Lepidus, qui princeps senatus sextis jam Censoribus erat lectus, antequam expiraret, præcepit filiis, lecto se strato, sine lintheis, sine purpura efferrent: in reliquum funus ne plusquam æris denos infumerent. Imaginum specie, non sumptibus nobilitari maximorum virorum funera solere.

Epit. Livii.
48. Or-
sius l. 5.

Dicente P. Cornelio Nasica, nihil temerè in Pœnos consulendum, placuit mitti decem legatos exploratum. Ardebat enim tunc Hispaniense bellum, à quibusdam prospere, à pluribus male gestum. L. Licinius Lucullus, A. Posthumius Albinus Coss. cum delectum severe agerent, nec quenquam gratia dimitterent, à Trib. plebis in carcerem conjecti sunt. Processit. P. Cornelius Æmylianus, & excepturum militiae genus, quodcumque imperatum esset, professus, suo exemplo ad militandi studium omnes incitavit. Ejus operam L. Lucullus Cos. eximiam comperit. Cum pacasse omnes Celtiberiæ populos videretur, successit Cl. Marcellus, & incognitas nationes in Hispaniâ subegit. Ibi Scipio L. Pauli filius, Africani nepos, sed adoptivus, provocatorem barbarum militem occidit, coronamque muralem meruit.

Sub hæc cum Legati ex Africa rediissent, dicerentq; & exercitum & classem Carthaginense deprehendisse, prorogari sententiam placuit. Carone & aliis principibus senatus suadentibus, ut in Africam confeslim transportaretur exercitus: Contranite Nafica, ne metu ablato æmulæ urbis, luxuriare felicitas patriæ inciperet. Idem adeo infestus fuit ludorum vanitatibus, ut Theatrum à Censoribus Paulus Ostrui captum, tanquam inutile & rofus l. 4. nociturum publicis moribus, ex S. C. c. 21. destruendum curaret.

Cum servari ab hoc Scipione Nafica, optimo & moderatissimo viro potuissent Carthaginenses, bello Masanissæ illato contra fœdus, victique ab eo nonagesimum secundum annum habente, malum sibi met ipsis attraxere. Igitur bellum eis indies Florus l. 49. placuit. Priusquam ullæ copiæ in Naves imponerentur, Uticenses se suasque omnia dedidere. Exemplum Carthaginenses secuti. Ast rigida Caronis sententia pervicit, ut decreto perstaretur: & ut consules quam primum ad bellum proficiscerentur. Interim spe pacis injecta, L. Martius, M. Manlius Coss. traditam ab volentibus classem & arma, sub ipso ore urbis Carthaginis incendunt. Tum evocatis principibus, si salvi esse velent, ut migrarent finibus, imperatum, alioque loco XM. passuum à mari remoto, oppidum struerent. Id pro rei atrocitate adeo movit iras, ut extrema mallent, satiq; rati, si evertenda esset patria, hostium quam suis manibus everti. Obsideri igitur oppugnariq; cœpta est Carthago à Coss. In qua oppugnatione, cum neglectos ab una parte muros duo tribuni temere cum cohortibus irrupissent, & ab oppidanis graviter caderentur, à Scipione Africano expliciti sunt; per quem & Castellum Romanorum, quod nocte oppugnabatur, paucis equiti-

quod nomen arcis fuit, quasi altera civitas resistebat. Et plus negotium semidivita, Carthagine, quam integra fuit. In usum classis tecta domusque resciderunt: in armorum officinis aurum & argentum præ ære ferroque constat est, in tormentorum vincula matronæ crines suos contulerunt. Obfesso à Scipione etiam portu, illi alium ab alia urbis parte foderunt, unde quasi enata subito classis erupit, jamque diebus, jam noctibus nova aliqua moles, nova machina, nova pereuntium manus, quasi ex obruto incendio, subita de cineribus flamma, prodibat. Deploratis novissimè rebus, XL. similia virorum, expugnatis à Scipione ad Nesentium castris, dederunt, duce Asdrubale. *Urbs tandem capta*, septingentesimo anno quam erat condita.

Uxor Asdrubalis se flagrantis in medium urbis incendium duobus tum liberis ex arce præcipitavit, imitata Didonem, quæ Carthaginem condidit. Per continuos decem & septem dies vix potuit incendium extingui, quod domibus ac templis sponte Carthaginenses immiserant: ut quatenus urbs eripi Romanis non poterat, triumphus saltem arderet. Scipio exemplo patris sui Æmylii, qui Macedoniam vicerat, ludos fecit, transfugas & fugitivos bestiis objecit. Carthaginis ruinam statim excepit *Corinthus*, Achajæ caput, Græciæ decus, inter duo maria Jonium & Ægeum, quasi spectaculo exposita. Hæc (facinus indignum) ante oppressa est, quam in numerum certorum hostium referretur. Quarentibus enim causas belli Romanis tempestive fortuna querelas Spartanorum obtulit, quorum agros Achæi propter mutuum odium populabantur. Spartanis à senatu responsum est, legatos se ad inspiciendas res so-

ciorum, & injuriam demendam in Græciam missuros. Sed legatis occulta mandata data sunt, ut corpus Achæorum dissolverent, singulasque urbes proprii juris facerent, quo facilius ad obsequia cogerentur. Pronunciatur Corinthi decretum senatus, neque Lacedæmonios, neque Corinthios Achæis contribuere debere: Argos præterea, Heracleam, Orthomeniosque ab Achæorum concilio sejungendos. Quod ubi omnibus innotuit, velut in furorem versi, Lacedæmonios omnes spoliant, & confugientes in hospitium Legatorum, vi extractos pulsant. Violassentque ipsos legatos, nisi audito tumultu trepidi aufugissent. Igitur Metello ordinanti tum maxime Macedoniam, mandata est ultio. Critolaus Achæorum prætor vehementer eos in bellum concitabat, cujus primam manum Metellus Macedonicus perpatentes Elidis campos cecidit Alpheo. Prætor paludibus submersus est, imperium ad Dixum, primum, motus autorem, delatum. Adversus hunc profectus L. Mummius Coss. Metellum, post captas Thebas & Megaram, jam Corinthum obsidentem, in Macedoniam amandavit, ipse coactis XXIII. peditum, tribus equitum millibus, & quingentis, pugnandi copiam Achæis fecit. Achæi neglectissimè provisus rebus, equites sexcentos, XIV. peditum millia opponunt, & dimicare ausi ante oculos conjugum & liberorum cadunt, lugubre suis spectaculum, gravemque luctus memoriam relinquentes. Dixus occisa prius uxore, hausto veneno occubuit. Mummius Corinthum vi cepit, cremavitque: viri omnes trucidati, feminae & pueri sub corona venditi. Ornamenta & signa quæq; admiratione dignissima Romanam asportata. Cæterarum urbium mœnia diruta, arma adempta, concilia

Sextus Aurelius.

Florus. l. 2.
c. 16. Justin.
l. 34. Pausanias
in Achajicis.
Epit. Libii
l. 51. & 52.
Vellejus. l. 1.
Orosius. l. 5.
c. 36.

Flor. l. 2.
cap. 10.

cilia abolita. Quantas opes & abutulerit & cremaverit, hinc scias, quod Corinthium æs, toto orbe laudatum, illi incendio superfuit. Nam & æris notam pretiosiorum ipsa opulentissima urbis fecit injuria; quia incendio permittis plurimis statuis atque simulacris, æris, auri argentique venæ in commune fluxere. Hic finis libertatis Græciæ, cui tanquam provinciæ deinceps Prætor Romæ missus est, Achææ non Græciæ appellatus, quod Græci essent subacti, principatum obtinentibus Achæis. Mummius abstinentem sanè virum, sed lite-

A.M. 328. rarum adeo rudem egit, ut cum præstantissimorum artificum tabulas Romam portandas locaret, juberet prædici conducentibus, si eas perdidissent, novas eos reddituros. Deleta Corinthus eodem anno, quod Carthago, post annos DCCCCLII. quam ab Halete Hippotis filio condita fuerat.

Joseph. l. 12.
cap. 15.

Per illa tempora cum Judæa affligeretur, in Ægyptum migravit nobilissimus Judæorum Onias, summi sacerdotis filius, templumq; Jerusalemitano æmulum in Heliopolitana regione permisu Ptolomæi Philometoris struxit; qui idem rex templum Garizitanum à Samaritis contra legis Mosaicæ sententiam, ædificarum pronuntiavit, illudque defendentes capitis addixit supplicio.

Joseph. l. 13.
c. 9. & de bello. lib. 7.
cap. 30.

E Græcia Polybius & Panæus præcellentis ingenii viri domi militiæque Scipionem Africanum comitati sunt. Scipio enim semper in arma pariter aut studia intentus, aut corpus periculis, aut animum disciplinis exercebat. Familiaris quoque eidem traditur fuisse P. Terentius Afer, Comitorum præstantissimus. Eo paulo vetustiores Statius Cæcilius & Pacubius Tragicus isto temporum tractu decessere. Per istos & Afranius; ut ait Vellejus, dulces latini leporis facetiæ suppari ætate nitue-

runt. Aristobulus Judæus, Philosophus peripateticus, explanationum Chronicon, in Mosen commentarios molitus, Aristarchus Samothrax Grammaticus, Aristarchus, qui & Ptolomæum Evergeten erudit, & XL. discipulos claros reliquit, Crateri Pergameno multum certaminis excitavit. Cæperunt etiam Philosophi & Rhetores ludos Romæ habere, de quibus C. Fannio. M. Valerius Coss. senatusconsultum editum, ut M Pomponius Prætor animadverteret, uti Romæ ne essent.

Venerunt Athenis Carneades Criticus, Plutarchus in Tolæus & Diogenes, & ab Africano. M. Catone. Lælio, Furio, aliisque juvenibus studiosè audiebantur. Quamobrem veritus Cato, ne verbis potius quam re. Plin. lib. 7. diosè audiebantur. Quamobrem veritus Cato, ne verbis potius quam re. Plin. lib. 7. Rhetoresque in Græciam redigendos, Plutarchus importuna providentia disserruit, diem in Emilio mittendosque legatos, quorum uno Paulo. Carneade argumentante, quod veri Athenienses, haud facilè discerni posset. 1. Diphosoph. dem Cato ferreæ homo valetudinis; populi Romani historias contexuit; Posidonius, qui & in Ægyptum comes ivit Scipioni, Persei regis historiam & mores Ptolomæi descripsit.

PTOLOMÆUS VII. PHTSCON, Olymp. 159.
qui & EVERGETES. Reparati

DEMETRIUS NICANOR, ANTIOCHUS SEDETES, ALEXANDER ZEBINA, Imperii.

ANTIOCHUS GRYPHUS, ANTIOCHUS CTZICENUS, Reges Syriæ. 166.

ATTALUS & ARISTONICUS Reges Asiæ.

QUINTUS CÆCILIUS METELLUS, SCIPIO ÆMYLIANUS, TIBER. & CAJUS GRACCHUS, Principes Romanorum.

Potentia Romanorum prior Scipio viam aperuerat, luxuriæ posterior aperuit. Quippe remoto Carthaginis metu, sublataque imperii

Vellejus l. 1.

Vellej. lib. 2.

perij

perii æmula, non gradu sed præcipiti cursu à virtute descitum, ad vitia transcursum; vetus disciplina deserta, nova inducta: in somnum à vigiliis, ab armis ad voluptates, à negotiis in otium conversa civitas. Tum Scipio Nasica in Capitolio porticus, tum quas prædiximus, marmoreas Metellus, tum in Circo Cn. Octavius multò amœnissimam moliti sunt: publicamque magnificentiam secuta privata est luxuria. Triste deinde & contumeliosum bellum in Hispania: duce latronum Viriatho, ita varia fortuna gestum, ut sæpius Romanorum gereretur adversa.

In Ægypto, Syria, Asiaque deterioris etiam regum principumque mores exstitere, quos ut assolet, reliquum vulgus sectabatur. Cædes crebræ etiam cognatorum, fratrum, filiorum, imò parentum audita, nihil sacri profanique habitum ab illis, quos legum & pietatis custodes vindicesque esse vel maximè oportebat. Ægyptum, post mortem in Syriâ Philometoris, frater ejus Cyrenarum rex accepit, usitatum regibus Ægyptiis nomen *Ptolomæi* gerens, quod *Ebergetis* cognomento auxit, ab Alexandrinis justius *κωνσταντίνος* appellatus, prout Athenæus l. 12. Dipnosophistarum memorat. Communius nomen *Physcon* fuit, quia tanta ventris crassitudine laboravit, ut nec sine baculo incedere, nec quisquam

Joseph. l. 2. eum amplecti ulnis posset. *Obon contra Ap-* enim Græcis majus intestinum est. *pionem. A-* Quotidiana Rex luxuria ita *marcuthenæus l. 1.* it, ut non solum regis majestatis *Et 12. 14.* munia intermitteret, verum etiam *Dipnosoph.* sensu hominis nimia saginâ careret. *Epit. Libii* Hic tamen initio Aristarchi discipuli. *lib. 9.* lus cum esset, inter doctos numeratus, *Justin. l. 38.* *libros comentariariorum scripsit*, ab Athenæo non semel laudatus. Excæcatus autem fortunæ blanditiis, crudeliter & indignè habuit subdi-

tos, incensa ob id à populo regia clâm profugit in Cyprum, majestas regni ad Cleopatram ejus sororem & conjugem translata est. Eam repudiaverat Physcon, incestumque cumulans incesto, filiam ipsius vi compressam, matrimonio sibi junxerat. Furens igitur ob tributam sorori Ægypti potestatem, filium quem ex illa habebat, occidit, caputque ejus ac manus & pedes mittit matri. Adeo omnem humanum affectum luxurioso è pectore deleverat. Tantumque nefas patrasse adeo non piguit, ut bello etiam persequendam sororem judicaret. Quare & Cleopatra & Physcon Syriam suis adjungere partibus studere.

Nec Syria interim multo melioribus obnoxia regibus fuerat. Demetrii filius *Demetrius*, recuperato *Appianus* paterno regno, *Nicanor* appellatus, *Syriacis*. Jonathan sacerdotem & ducem *Ju. 1. Macc. 11.* dxorum, ab obsidione arcis Sionis *Justin. l. 36.* avocavit, donisque cultus, Samari. *Epit. Libii* am, Joppen & Galilæam sub tributis *lib. 52.* ei permisit. Mox rerum successu *Joseph. l. 13.* corruptus, viriis adolescentiæ in se. *cap. 6. 8.* gnitiem labitur, exautoratisque veteranis indigenis, ac retentis mercenariis militibus, Diodotum militiæ, magistrum offendit. Accessit *inertie comes crudelitas*, quam per tormenta in eos, quos meruebat, exercuit. Itaque cum ab imperio ejus passim civitates desicerent, Diodotus ex Arabia Alexandri filium producit, quem ex Cleopatra ille regina genuerat, eique regnum, victo per aciem Demetrio, & in Ciliciam fugato, asserit. Intellecta Jonathæ & Simonis fratrum fortitudine, quorum præcipua opera Demetrius defensus Antiochiæ fuerat, occisis per Judæos centum, millibus hostium, muneribus eos honoribusque amplissimis sibi devinxit, eorumque auxiliis duces Demetrii Gaza, Beth-*1. Macc. 12.* zura

zura, totaque Galilæa expulit. *Jonathas* utendum tempore ratus, *Judæam* munit, *sedem cum Romanis & Lacedæmonis renovat*. Ejus potentiam veritus *Diodotus* qui & *Tryphon*, infidias viro fruit, ne superesset, qui *Antiochum* puerum, sub cujus nomine regnabat, defendendum, aut si interfectus esset, vindicandum susciperet. Persuasum ergo *Jonathanam* dimittere copias, & *Ptolemaidem* venire, in custodiam tradit, custodiæ causam præstixit, non solum stipendium. Sed cum illud *Simon* frater

li superbiam indigne ferentibus, *Mithridates* enim *Parthus* *Bactrianis*, *Medis*, *Elimæisque* subactis, imperium à monte *Causaco* usque ad fl. *Euphratem* protulerat. Itaque cum & *Perfarum* & *Elimæorum*, *Bactrianorumque* auxiliis juvaretur, *Demetrius* multis præliis *Parthos* fudit. Ad postremum tamen pacis simulatione deceptus, capitur; traductusque per ora civitatum, populis qui desciverant, in ludibrium favoris ostenditur. Missus deinde in *Hircaniam*, benignè & juxta cultum pristinae fortunæ habetur.

Interim *Tryphon*, id est, luxurians, deposita modestia, quam inescandis hominibus induerat, gravis omnibus, alienat à semilitibus; illi certatim ad *Cleopatram*, *Demetrii* conjugem, *Selenciam* agentem cum filiis, transfugiunt. *Cleopatra* impotentis lascivix mulier, *Antiochum* mariti captivi fratrem, spei implet regni conjugiique sui, datoque exercitu, ad persequendum *Tryphona* impellit. Ab eo victus, & superiori pulsus *Syria* *Tryphon*, *Castello Dora* includitur, cum inde *Apameam* profugisset, occiditur, tri-

Jos. l. 19.
Ant. c. 12. 13.

A. M. 3836.

1. Macc. 15.
16.
Jos. l. 13. c. 14. 15.

A. M. 3838.

Mense 11.

A. M. 3830.

Anno eodẽ. *Jonathanæ* perfolvisset, obsequesque *Epit. Livii* dei misisset *Jonathanæ* filios, homo *facilib. 55.* difragus & *Jonatham*, & *Antiochum* *1. Macc. 13.* occidit, seque ipsum regem *Syriæ* constituit. *Corruptis* enim medicis, ut *Jos. l. 13.* calculi eum dolore consumi ad *pos. 8. 10. 11.* pulum mentirentur, dum secandum *A. M. 3831.* curat, necat. Inde cum prædonem potius quam regem ageret, *Simon* à senatu *Judæorum* successor datus *Jonathanæ*, muneribus delentum *Demetrii* sibi adjungit, libertatemque

A. M. 3832. *Judæis* impetrat, anno imperii *Græcorum* centesimo septuagesimo. Sequenti anno præsidarios *arcis Sionis* fame ad deditioem compellit, *Gazam* expugnat, *Hircanum* filium imperatorem exercitus constituit, tantasque *Judæis* colligit vires, ut post *Demetrium* nullum deinceps *Macedonum* regem tulerint. *Collem Sionium* assiduo populi labore in tantum humilivavit, ut solum templum omnibus in urbe locis longè præmineret. Solenni *Judæorum* decreto *Pontifex* & *Ethnarcha* designatus, donec fidelis iste *Propheta*, omnibus expectatus advenires, summa cum laude rexit populum. *Demetrius*, concessa *Tryphoni* adtempus *Syria*, ad abolendam segnitix maculam bellum *Parthis* inferre statuit, imploratus à *Græcis*, *Babyloniæ* & *Mesopotamiæ* inquilinis, novi popu-

1. Macc. 14.

41.

Jos. l. 13. c. 9.

41.

A. M. 3833.

Jos. l. 13. c. 9.

1. Macc. 14.

15.

tri successit; & patricidam Judæa expulit.

Joseph. l. 13. cap. 16. A.M. 3890.

Defuncto autem Simone, Antiochus, à patria, *Sedetes*, à conservata Syria *Soter* dictus, denuo *Judeam* redigere in potestatem voluit. *Obsedit septem castris Jerosolymam*, Olympiade 162, anno imperii Græcorum 178, & vacantibus per septimi anni religionem agris, ad intolerandam famem Jerosolymitas adegit. Tandem inducias pactus Ethnarcha Johannes, ob ferias Scenopægiæ, cum facilem, & pium in Numen supremum animadverteret Antiochum, tributum ei obtulit, prolatisque è monumento

Justin. l. 36. E. 38. Nicol. Dalmascenus. apud Jos. l. 13. c. 16.

Davidis tribus talentorum millibus quingentis pacem emeratus; populo, reliquis externum conduxit militem. & comes regi in expeditionem Parthicam profectus, a victis Hyrcanis *Hyrcani* Nomen obtinuit. Demetrius Nicanor in Hyrcania, recepto & regio cultu, & Arsacis regis Parthorum filia uxore, privatam, etsi opulentam vitam peraxus, defuncto, focero, in Syriam aufugere erat conatus: Sed fugientem Phrahates, qui Arsaci successerat, equitum celeritate, per compendiosos tramites occupatum retraxit, remissumque ad conjugem, arctioribus custodiis habuit.

Justin. l. 38.

Denuo fugientem reprehensumque, talis aureis ad exprobationem puerilis levitatis donavit, non tam clementia ductus, quam desiderio potiundi Syria, in qua sibi aliquando usui futurum confidebat. Igitur Antiochus occupandum bellum ratus, exercitum quem multis expeditionibus induraverat, adversus Parthos ducit, LX^{xx}. millibus armatorum tantum adjungens lixarum, pistorum, coquorumque, ut non minorem luxuriæ, quam militiæ apparatus diceret, Advenienti multi orientales occurrere reges, tradentes se regnaque sua cum execratione su-

perbiæ Parthicæ. Nec mora congressionis fuit. Antiochus tribus præliis victor, cum Babyloniam occupasset, magnus haberi cepit. Itaque omnibus ad eum populis deficientibus, nihil Parthis reliqui, præter patrios fines, fecit. Tunc Phrahates Demetrium in Syriam, ad oppugnandum regnum, cum Parthico præsidio remittit, ut eo pacto Antiochus ad sua tuenda à Parthia revocaretur. Interim, quoniam viribus non poterat: insidiis Antiochum ubique tentabat. Ille ob multitudinem sparserat, per civitates exercitum, hybernandi causa, quæ res exitio fuit. Nam cum gravari se copiarum prædatione, & injuriis militum civitates viderent, ad Parthos deficiunt, & die statuta omnes, apud se divisum exercitum, per insidias, ne invicem ferre auxilia possent, aggrediuntur. Quæ cum nunciata Antiocho essent, auxilium proximum laturus, cum ea manu, quæ secum hyemabat, progreditur. Sed in itinere obvium regem Parthorum habuit, adversus quem fortius, quam exercitus ejus, dimicavit. Ad postremum tamen, cum virtute hostes vincerent, metu suorum desertus, occiditur. Cui Phrahates exequias regie more fecit, filiamque Demetrii, quam secum Antiochus adduxerat, captus amore virginis, uxorem duxit. Pœnitere deinde dimissi Demetrii cepit; ad quem retrahendum cum turmas equitum festinato misisset, Demetrium hoc ipsum metuentem, jam in regno missi invenerunt, frustra que omnia conati, ad regem suum reversi sunt. Phrahates captos Antiochi milites cum in Scythas duceret postea, immemor hostiles eorum animos captivitate nihil minutos, inclinata suorum acie, à Græcis interfectus est.

Ita restitutum Syria Demetrium, Cleopatra socrus, Ægypti regina, per legatos sollicitat, preciumque auxi-

Justin. l. 38. E. 42.

auxilii adversus fratrem & deserto-
rem maritum, Ægypti regnum pol-
licetur. Nec abnuat Demetrius, bel-
lumque Ptolemæo infert. Sed dum
aliena affectat, ut fieri assolet, pro-
pria per defectionem Syriz amittit.
Si quidem Antiochenfes primi, du-
ce Tryphone, execrantes superbiam
regis, quæ conversatione Parthica
crudelitatis intolerabilis facta erat,
mox Apameni, cæteræque civita-
tes, exemplum secutz, per absen-
tiam regis à Demetrio descivere.
Ptolemæus quoque cognito, Cleo-
pattam sororem suam, opibus Ægy-
pti navibus impositis, ad filiam &
Demetrium generum in Syriam
profugisse, immittit Zebinam juve-
nem quendam Ægyptium, Protar-
chi negotiatoris filium, qui regnum
Syria armis peteret. Et compositâ
fabula, quasi per adoptionem regis
Antiochi receptus in familiam re-
giam esset, nec Syriis quemlibet re-
gem aspernantibus, ne Demetrii pa-
terentur superbiam, nomen juveni
Alexandri imponitur, auxiliaque ab
Ægypto ingentia mittuntur. Interea
corpus Antiochi interfecti à Rege
Parthorum, argenteo in loculo, ad
sepulturam in Syriam remissum per-
venit; quod cum ingenti studio civi-
tatum, & regis Alexandri, ad firmam-
dam fabulæ fidem excipitur, quæ res
illi magnum conciliavit favorem po-
pularium, omnibus non fictas in eo,
sed veras lacrymas existimantibus
Demetrius autem victus ab Alexan-
dro, cum undique circumstantibus
malis premeretur, ad postremum eti-
am ab uxore filisque deseritur. Reli-
ctus igitur cum paucis servulis, cum
Tyrum religionem templi se defen-
surus petisset, navi egrediens, præfecti
jussu interficitur. Alter ex filii Seleu-
cus, quoniã sine matris autoritate di-
adema sumpsisset, ab eadem necatur:
alter, cui propter nasi magnitudi-

nem Grypo cognomen fuit, rex à
matre hæctenus constituitur, ut no-
men regis penes filium, jus autem
omne imperii penes matrem esset.
Sed Alexander, occupato Syria: re-
gno, tumens successu rerum, spernere
jam etiam ipsum Ptolemæum, à quo
fuerat subornatus in regnum, into-
leranda insolentia caput.

Itaque Ptolemæus, reconciliata
sororis gratiã, destruere Alexandri
regnum, quod odio Demetrii, suis
acquisierat viribus, summis opibus
instituit, Mittit igitur ingentia Gry-
po auxilia, addit filiam Tryphnam
Grypo nupturam, ut populos in au-
xilium nepotis, non facietate tan-
tum belli, verum & affinitate suã
solicitaret. Nec res frustra fuit.
Nam cum omnes Grypum instru-
ctum viribus viderent, paulatim ab
Alexandro deficere capere.

Fit deinde inter reges prælium,
quo victus Alexander, profugit An-
tiochiam. Ibi inops pecuniæ, cum
stipendia militibus deessent, templo
Jovis solidum ex auro victoriæ si-
gnum tolli jubet, facietis joci sacri-
legium circumscribens: nam *Victori-
am commodatam sibi ab Jove esse*,
dicebat. Interjectis deinde diebus,
postquam ipsius Jovis aureum si-
mulacrum infiniti ponderis tacitè
evelli jussisset, concursu multitudi-
nis in fugam vertitur, magnaque vi
tempestatis oppressus, ac desertus à
suis, à latronibus capitur, productus-
que ad Grypum tollitur è medio.

Per hæc tempora *Johannes Hyrcanus*
Judæorum pontifex & Eth-
narcha, renovato cum Romanis fœ-
dere, antiquatisque Antiochi Sede-
tis actis, plenissimam populo resti-
tuit libertatem. Idumæam subigit,
& ad accipiendam circumcissionem,
ni patriã malint excedere, omnes
Idumæos compellit. Samaritano-
rum templum, contra Judæorum le-

*Joseph. l. 13.
Antiq. c. 17*

Justin. l. 39.

*Joseph. l. 13.
c. 17. & l. 1.
belli c. 2.*

gem, regnante Alexandro exstru-
tum, captis vi Sicimis & monte,
Garizi, diruis, cum annos stetit
ducentos. Hæc agentem nemo Sy-
ria regum bello interpellare ausus
est. *Alexander, Zebina* dictus, rata
ea habuit: Grypus mox à fratre ex-
agitatus, facile ab Hyrcano spretus
est. Cum enim mater Grypi Cleo-
patra, cupiditate dominationis pro-
dito marito Demetrio, & altero fi-
lio interfecto, hujus quoque victoria
inferiorem dignitatem suam factam
doleret, venienti ab exercitatione
poculum veneni obtulit. Sed *Gry-
pus*, præ dictis sibi jam ante insidiis,
velut pietate cum matre certare,
bibere ipsam jubet; abnuenti inflat.
Postremum prolato indice eam ar-
guit, solam defensionem sceleris su-
peresse affirmans, si bibat, quod fi-
lio obtulerit. Sic victa regina, sce-
lere in se verso, veneno, quod alii
paraverat, extinguitur. Parta igitur
soliti securitate, *Grypus* octo an-
nis quietem, & ipse habuit, & regno
præstitit. Natus deinde illi æmu-
lus regni, frater ipsius Cyzicenus,
eadem matre genitus, sed ex Antio-
cho patruo susceptus: quem cum
veneno tollere voluisset, ut matu-
rius armis cum eo de regno conten-
deret, excoitavit. Inter has regni Sy-
riae parricidiales discordias, mori-
tur rex Ægypti Ptolemæus, regno
Ægypti uxori, & alteri ex filiis,
quem illa legisset, relicto. Regna-
verat annos 29.

Dum hæc in Ægypto Syriaque
geruntur, Romanos Hispanorum
maximè arma, deinde sevorum in
Sicilia, & in Asia Aristonici, domi-
etiam Græchorum seditiones exer-
cuerè.

Orosius l. 5. cap. 4. Viriatus, de quo dictum, homo
Lusitanus, primum infestando vias,
Diod. Sicil. l. 32. Eclog. 5mo exercitus Romanorum vincen-

do, maximo eis terrori fuit. Siqui-
dem Iberum & Tagum maxima &
diversissimorum locorum flumina,
latè transgredienti & pervaganti,
C. Vetilius Prætor occurrit, qui con-
tinuo cæso ad internecionem penè
omni exercitu suo, vix ipse cum
paucis elapsus fuga evasit. Eadem
Plautii Claudii que fortuna fuit. Vi-
riatus trabeas, falces, cæteraque in-
signia Romana in montibus suis tro-
phæa præfixit. Eodem tempore cre-
centi Lusitani cum mille Romanis,
in quodam saltu contraxere pug-
nam, in qua LXX. Lusitanos, Roma-
nos autem cccxx. cecidisse, è Clau-
dio refert *Orosius*. Appius Clau-
dius Cos. Salassos, victus una acie,
altera vicit. Cum juxta legem, qua
constitutum erat, ut quisquis quin-
que millia hostium peremisset, trium-
phandi haberet potestatem, propter
cladem antegressam nihil impetras-
set infami ambitione usus, priva-
tis sumptibus triumphavit. L. Cæ-
cilio Metello, Q. Fabio Max. Ser-
viliano Coss. inter cætera prodigia
androgynus Romæ visus, & jussu ha-
ruspicum in mare mersus est. Ali-
us sub initium Marisci belli, sequen-
tibus temporibus, vivus crematus.
Sed nihil impie expiationis præ-
ratio profecit. Nam tanta subito
pestilentia vastavit Romanos, ut mi-
nistri quoque faciendorum funerum
primum non sufficerent, deinde non
essent. Itaque magna domus vacuæ
vivis, plena mortuis remanserunt.
Largissima introrsus hæreditates,
sed nulli hæredes. Tantummodo
secundum mensuram arcani judi-
cii expleta correptione, lues sedata
est.

Q. deinde Fabius conf. contra Lu-
sitanos & Viriatum dimicans, Vacce-
jam oppidum, quod Viriatus obside-
bat, depulsis hostibus liberavit, & in
deditionem cum plurimis aliis ca-
stellis

Justin. l. 39.
Appianus
Syriacæ

A. M. 3848

Epit. Livii
lib. 53e

*L. Cæ-
Diod. Sicul.*

Orosius l. 5e
cap. 4e

Epit. Livii

*Lu-
lib. 53.*
Florus l. 2e
cap. 17.

stellis recipit. Fecit facinus etiam Scythis execrabile. Quingentis principibus eorum, quos societate invitatos, deditiois jure susceperat, manus præcidit. Pompejus sequentis anni consul, fines Numantinorum ingressus, acceptaque maxima clade discessit, non solum exercitu penè omni profligato, verum etiam plurimis nobilium, qui ejus militiæ aderant, interemptis. Ad turpissima deductum fœdera, gratia impunitum habuit. Viriatus, cum per XIX. annos Romanos duces atque exercitus protrivisset, fraude magis quam virtute Servilii Caplionis, comparatis suorum insidiis interemptus est: in hoc solo Romanis circa eum fortiter agentibus, quod percussores ejus indignos præmio judicaverunt, exercitui, qui sub eo militaverat, agros oppidumque per Junium Brutum Coss. dederunt, cui Valentis nomen indidit.

Eodem tempore rigidæ exemplum abruptæque severitatis à T. Manlio Torquato editum. Cum enim Macedonum legati conquestum venissent de Junio Syllano prætoris, quod acceptis pecuniis spoliasset provinciam & senatus de querelis eorum vellet cognoscere, Manlius Syllani petiit, impetravitque, ut sibi hujusmodi mandaretur cognitio. Et domi causa cognita, filium condemnavit abjudicavitque ac ne funeri quidem ejus, cum suspendio vitam finisset, interfuit, sedensque domi, potestatem consultantibus ex instituto fecit. Secutum aliud haud dissimile. C. Marienus accusatus, quod exercitum in Hispania deseruisset: damnatusque à Trib. plebis, sub furca diu cæsus est, & sestertio nummo venit. M. Amylio Lepido & C. Hostilio Mancino Coss. prodigia apparuere diversa & quantum in ipsis fuit, ex more curata sunt. Sed non semper ac-

cusatoribus eventuum, & instructioribus fallaciarum aruspiciibus opportunitas suffragabantur. Nam Mancinus consul postquam à Popilio apud Numantiam suscepit exercitum, ad prælia infeliciter cuncta gessit, ut victus castrisque exutus, cum spes nulla servandi exercitus superesset, pacem cum eis fecerit ignominiosam, quam ratam esse senatus vetuit. Tringenta millia Romanorum à Numantinorum millibus quatuor victa erant. Mancinus nudato corpore, manibus post tergum revinctis, ante portas Numantinorum est expositus: ibique usque in noctem manens, à suis desertus, ab hostibus autem non susceptus, lachrymabile utrisque spectaculum præbuit. Ubi querere ex Romanis licuisset, quid, si displiceret fœdus, militem eo pignore redemptum reciperent, aut cur repetitum non redderent. Sin placeret servati militis qualiscunque provisio, cur Mancinum solum dederent.

Neque enim publica violatio fidei unius hominis sanguine luitur, scilicet Varro, qui rempubl. olim Rom. desperatam effecerat, gratiæ in senatu actæ, quod de Republ. non desperasset: Mancinus, qui forte bellica circumventum exercitum, ne perderet, laboravit, ab eodem senatu deditioe damnatus est. Dixeri, & illud in Varrone displicuisse, sed tempori concessum: & in Mancino hoc placuisse, sed secundum tempus præsumptum.

Interea Junius Brutus in interiore Hispaniâ LXIII. Gallæcorum, qui Lusitanis auxilio venerant, asperrimo bello & difficili, quamvis incautos oppressit: quorum in eo prælio millia occisa, VI. millia capta referuntur, paucis fuga evadentibus. In citeriore Hispania Lepidus proconsul Vaccejos, innoxiam gentem & supplicium etiam senatu prohibente, pertinaciter expugnare tentavit.

Orosius l. 5.
cap. 4.
Epit. Libii
lib. 54.

Vellejus l. 2.
Eutrop. l. 4.

Epit. Libii
lib. 50.

Orosius l. 5.
cap. 4.

Epit. Libii
lib. 55.

Orosius l. 5.
cap. 5.

Vellejus
Paterculus
lib. 2.

Epit. Libii
lib. 50.

Injusto bello vi. Romanorum M. iustissimæ causa, reliqui exutis castris, armis etiam perditis, effugerunt. Nec minus turpis hæc sub Æmylio clades, quam sub Mancino fuit.

Bellum Numantinum.
A. M. 383.
V. C. 613.
Orosius l. 5. cap. 6.
Julius Obsequens de prodigiis. cap. 85. 90.

Servio Fulvio Flacco & Q. Calpurnio Pisone Coss. Romæ puer ex ancilla natus est, natura virili omnibusque membris duplex, monstrum seditionis prænuncium. In Sicilia mons Ætna vastos ignes eructavit, & latè fudit. Vernaculum genus porrenti Siciliæ. In Bononiensi agro fruges in arboribus natæ.

Igitur in Sicilia bellum servile ortum est, autore Euno Syro, homine callido & fatuo, ex abdita in ore nuce, quam igne & sulphure stipaverat, flammam subinde spirante. Consultus hic à servis durissimè domi habitis, proque vate locutus, prosperum rei, quam molirentur, eventum prædixit. Igitur rex creatus, contracta agræstium servorum manu, & solutis ergastulis, iusti exercitus numerum implevit. Cleon quoque Cilix alter servus, ad LXXM. fugitivorum contraxit. Sola Messana servos liberaliter habitos in pace continere potuit. Profligatis Romanorum prætoribus, C. Fulvio Coss. mandatum est bellum, inde Pisoni, denique Rupilio, qui vario ante eventum gestum confecit tandem, ex pugnatæ fame Tauromenio & Eunæ urbibus. Cleon eruptione pugnans, cecidit in acie. Eunus è speluncis protractus, in carcere resolutus in vermium exuberantiam corpore periit, C. Fulvio collega datus est P. Scipio, cum nec peteret consulatum, nec eum per leges accipere intra decimum à priori annum posset. Sed Carthaginis incendio ad excidia urbium imbutus, Numantiam, summum Hispaniæ decus, ob receptos consanguineos & socios, Romanorum manibus elapsos, de-

Diodor. Siculus. l. 34.
Eclog. 2.
Epit. Libii lib. 55.
Orosius l. 5. cap. 9.
Florus l. 3. cap. 19.

Florus l. 2. cap. 18.

bellare debuit. Vix illius causa belli injustior. Itaque Numantini assiduis cædibus Pompejum, Popilium, Mancinum duces, ita vexarunt, ut ne oculos quidem aut vocem Numantini viri quisquam sustineret. Contenti tamen fœdere & armorum manubiis, quum ad internecionem, sævire potuissent, fuere. Sed Roma non minus Numantini, quam Caudini illius fœderis flagrans ignominia, in ultionem exandescerebat. Scipio Numantiam in tumulo sitam obsedit, Exercitum licentia luxuriamque corruptum, severitate & munificentiâ ad generosissimam militiæ disciplinam revocavit. Ignavam exercendo magis, quam puniendo sine acerbitate, correxit, omni die in opere habuit; triginta dierum frumentum, ad septenos vallos portare cogebat. Agrè propter onus incedenti dicebat: cum gladio rectè vallare scieris, vallum ferre desinito. Duo millia scortorum à castris rejecit, omnia deliciarum instrumenta recidit. Ampissima munera ab Antiocho Sedete, Syriæ rege missa, cum cælare aliis Imperatoribus regum munera mos esset, pro tribunali, in tabulas referre publicas iussit: ex iis viris fortibus munera se daturum. Itaque tanti esse exercitum quanti imperatorem, probatum est, factumque, quod nemo se visurum speraverat, ut fugientes Numantinos quisquam videret. Dedere etiam sese volebant, si toleranda viris imperarentur. Cum nihil æqui impetrarent, ne justam quidem aciem, eruptio placuit. Sic conferta manu plurimi occisi, & quum urgeret fames, aliquantisper inde vixere. Novissime consilium fugæ sedit: sed hoc quoque ruptis equorum cingulis, ademerunt uxores, summo scelere per amorem designato. Itaque etiam exitu deplorato, in ultimam rabiem furoremque conversi,

Epit. Libii lib. 57.

Florus l. 2. c. 18.
Orosius l. 5. cap. 6.
Epit. Libii lib. 59.
Vellejus l. 2

versis, clausam urbem ipsi introrsum succenderunt, cunctique pariter ferro, veneno, atque igne consumpti sunt. Romani nihil ex his penitus habuere victis, præter securitatem suam. Unum Numantinum vicoris catena non tenuit. Præda ut de pauperibus nulla: arma & vestes ipsi cremaverant. Triumphus fuit tantum de nomine.

Victa ad occasum Hispania, populus Romanus ad Orientem pacem agebat, nec pacem modo, sed inusitata felicitate relicta regis hereditatibus opes, & tota insimul regna, veniebat. Attalus Philometor rex Pergamenorum, Eumenis Romanorum quorundam commilitonis filius, florentissimum, & ab Attalo patruo multis auctum victoriis regnum cædibus amicorum & cognatorum suppliciis fœdaverat. Post hanc sceleratam violentiæ rabiem, vix signum aliquod sani hominis retinens, hortos foderat, gramina seminabat, & noxia innoxis permiscendo, venenata amicis munera miserat. Matri deinde sepulchrum facere aggressus, quinto regni anno moritur, testamento populum Romanum hæredem instituit.

Tiberius Gracchus Tribunus plebis iratus nobilitati, quod inter autores Numantini fœderis notatus esset, agros à privatis eatenus possessos, populo dividendos statuit, addendam, quibuscunque agri non sufficerent, regis Attali pecuniam. His causis senatum ira, populum superbia invasit. C. Antonius Coss. in senatu & pro rostris in Gracchum concionatus est. Gracchus continuare eupiens magistratum, autore P. Scipione Nasicæ, Emiliani patruo, consobrino suo, fragmine sub sellii ictus, vitam, quam gloriosissime degere potuerat, immatura finivit morit. Ducenti præterea in eâ

seditioe interfecti, eorumque corpora in Tiberim projecta: ipsius Gracchi inhumatum cadaver extabuit. Hinc *ius vi obrutum; potentiorque Romæ habitus* prior: discordia civium, antea conditionibus sanari solita, ferro dijudicari cœpta: *bel- laque non causis inita, sed prout eorum merces fuit.* Nasicæ ut invidiæ subtraheretur, per speciem legationis in Asiam dimissus est.

Interim dum Romæ hæc geruntur, in Asia Aristonicus, Eumenis ex pellice Ephesia filius, urbes regibus parere consuetas, partim facile insuas parres allicit: paucas metu Romanorum resistentes, Myndum, Samon, Colophonem vi capit. Adversus eum P. Licinius Crassus Coss. idemque Pontifex M. *juris idem scitissimus juxta & negligentissimus,* proficiscitur; quumque intentior Attaliæ prædæ, inordinata acie prælium conferuisset, victus inconsulta avaritiæ pœnas luit. Captus custodem sui Thracem virgula excæcat, ita in exitium sui, quod volebat, hominem concitat. Juvabant Romanos Nicomedes Bithyniæ rex, Mithridates Ponticus, cum quo postea gravissimum bellum fuit: Ariarathes Cappadox, & Ptolemæus Paphlagonum. Postea M. Perpenna prius Coss. quam civis Romanus, qui successor Crasso veniebat, audita belli fortuna ad Asiam festinavit; & acie victum Aristonicum, apud Stratonicem urbem, quo fugerat, fame ad deditio- nem compulit, Attalicasque gazas, hereditarias populi Romani, navibus impostas Romam deportavit. Quod agrè ferens successor ejus M. Aquilius Cos. ad eripiendum Aristonicum Perpennæ, veluti sui potius triumphus munus esse deberet, ce- lerata velocitate contendit. Sed contentionem consulum mors Perpennæ diremit. Aquilius belli Asiatici reli-

quias

Florus l. 2.
cap. 20.

Justin. l. 36.
Strabo l. 13
Geograph.

Epit. Libii
lib. 58.
Vellejus l. 5.
Orosius l. 2.
cap. 8. 9.
Florus l. 3.
cap. 13. 14.
Sextus Aur.

A. M. 3839.

Appianus
de bellis ci-
vilibus, lib. 1.

Justin. l. 36.
Florus l. 2.
cap. 20.

Epit. Libii
lib. 59.

Val. M. l. 3.
cap. 2. & 4.
Eutrop. l. 4.
Strabo l. 14
Orosius l. 8.
cap. 10.

quias confecit, mixtis (nefas) veneno fontibus ad quarundam urbium deditioem. Quæ res ut maturam, ita infamem victoriam fecit. Aristonicus Romæ in carcere strangulatus. Sic Asia Romanorum facta, cum epibus suis vitia quoque Romam transmissit.

*Epit. Libii
lib. 59.
Vellejus l. 2.*

Ecce enim Q. Metellum Macedonicum, de cuius felicitate diximus, C. Atinius Labeo, Trib. plebis, qui ab eo in senatu legendo præteritus erat, de saxo dejici jussit. Facinus ægrè à reliquis prohibitum Tribunis. Idem Metellus Censor, censuit, ut ducere uxores omnes omnino cogentur, liberorum creandorum causa. Ejus orationem postea Augustus Cæsar, cum de maritandis ordinibus ageret, velut suo tempore scriptam in senatu recitavit. Alius Tribunus pl. Carbo rogationem tulit, ut eundem tribunum plebis, quoties quidem vellet, creari liceret: Sed non pertulit eam, Africano obnitente. Mox idem graviori seditioni cum Cajo Graccho & Fulvio Flacco ducem se præbuit. Quibus cum iterum adverteretur Scipio, fortis pridie ac validus, sequenti mane in lectulo reperiens est mortuus, ita ut quædam elisarum faucium in cervice reperirentur nota. Suspecta cadis fuit Sempronia uxor: hinc maximè, quod soror esset Gracchorum, cum quibus simul tas Africano fuerat. De tanti tamen viri morte nulla quæstio acta:

*Epit. Libii
lib. 60. 61*

*Vellejus l. 2
Plutarchus
in Gracchis.
Orosius l. 5.
cap. 12.
Florus l. 3.
cap. 15.*

seditiones triumvirales acrius exarserunt, C. Sempronio interim Japidas Illyrios, Aurelio Oreste Sardos, Fulvio Flacco transalpinos Ligures, L. Opimio Fregellanos subigentibus, Baleares Q. Metello, Q. Fabio M. Allobroges. Cajus Gracchus decem annis post fratrem, ejusdem exempli tribunatum, majori etiam eloquentia ingressus, acriora & turbulentiora consilia protulit. Dabat civitatem

omnibus Italicis, dividebat agros, vetabat quenquam civem plus D. jugeribus habere, quod aliquando lege Licinia cautum erat: Nova constituebatur portoria, novis colonis replebat provincias: judicia à senatu transferebat ad equites: frumentum plebi semisse & triente dabat, alterum continuabat tribunatum, Coloniæ in solo diruta Carthaginis ipse duxit. Reversus cum Fulvio Flacco Capitolium, ubi L. Opimius Coss. concilium plebis habebat, ascendit: Excitato tumultu, quidam præco à Gracchanis interfectus, velut signum belli fuit. Opimius extorto senatus consulto, quod ei mandabatur, videret, ne quid Resp. detrimenti caperet, nihil flexus missione Gracchanorum ad pacem, vocato ad arma populo, Flaccum in Aventino, armatos ad pugnam cientem, cum majore filio jugulavit. Gracchus profugiens, amicis pro eo pugnantibus & perentibus, cervicem servo suo præbuit, Opimius caput ejus auro repensurum proposuit, & allatum est: Corpus ad Corneliam matrem, Africani majoris filiam, devehum. Bonis Gracchi publicatis, crudelibus consulis in amicos ejus clientesque quæstionibus, plus quam tria civium millia periire, nec dicta quidem causa, plurimi. Igitur damnatum postea prodicionis Opimium, nulla civilis misericordia est profecuta.

*Orosius l. 3.
cap. 21.*

Plautio Hypsæo & Fulvio Coss. post horrendas locustarum populationes, tanta Africam lues pervasit, ut in sola Numidia, quam Micipsa Rex tenebat, octingenta millia humanum, circa maritimam oram ducenta millia, apud Uticam triginta militum millia consumta tradantur, ex porta Uticensi una die MD. cadavera elata.

*Florus l. 3.
cap. 2.*

Dissimili ex causa Galli perierunt ingenti numero, Bituitus Arvernorum

rum rex, Allobrogibus opem ferebat, maximo instructu. Conferta pugna & diu graviter agitata, Q Fabius Maximus, P. Amylii nepos, Gallos in fugam egit. Coacervatis inconsulto agminibus, dum quisque sibi timet, præpropere transitu pontis vincula, quem Rhodano è litribus instauraverant, rumpuntur. Centum viginti millia Gallorum vel cæsa, vel merfa sunt. Bituitus ad satisfaciendum senatui Romam profectus, Albæ custodiendus datus est, de filio ejus Congentiato idem decretum.

Orosius l. 5. cap. 14.

Justin. l. 36.

Justin. l. 13. c. 9. & 18.

Epit. Libii lib. 53.

Eusebius in us Tragedias Latinè, Lucilius Saty-Chron. Val. ras: C. Cornelius Hispallus prætor Max. lib. 3. cap. 3.

Chaldæos, fallaci siderum interpretatione quæstuosam mendacis suis caliginem injicientes, urbe atque Italia expulit: Jovis Sabazii (credo ipsius

Dei exercituum) cultum inhibuit: ut Romæ peregrinum.

PTOLOMÆUS VIII. LATHURUS, & frater ejus Pt. Alexander.

ANTIOCHUS GRYPUS, ANTIOCHUS CTZICENUS, SELEUCUS

ejusdem fratres, Reges Syriæ. Reparati stathi Judaici 342.

MITHRIDATES, PONTI & ASIÆ Rex. Imperii US, L. STLLA, L. CORNELIUS CINNA, Principes Romanorum.

PTolomæus Physcon decedens, regnum Ægypti Cleopatraz uxori, & alteri ex filiis, quem illa legisset, reliquit, quasi quietior Ægypti status esset, quum mater altero ex filiis electo, alterum hostem esset habitura. Igitur cum promior illa in minorem filium Alexandrum esset, à populo compellitur majorem eligere, cui quod pulsus à matre, clanculum recepisset regnum, Latburi cognomen datum est, atque ob insanum matris odium Philometoris illusum vocabulo. Ei Cleopatra, priusquam regnum daret, uxorem ademit; coactumque repudiare carissimam sibi sororem Cleopatram, minorem sororem Seleucum ducere jubet, haud materno inter filias judicio, cum alteri eriperet maritum, alteri daret. Sed Cleopatra non tam à viro repudiata, quam à matre divortio viri dimissa, Cyziceno Antiocho in Syriâ nubit: eique ne nudum uxoris nomen afferret, exercitum Cypri sollicitatum, velut dotalem adjungit. Par igitur viribus fratris Grypi Cyzicenus, prælium committit, victusque fugit Antiochiam. Obsidebat urbem Grypus, eaque potitus Cleopatram, ut uxoris suæ Tryphænz sororem, multis verbis conservare studet. Sed quanto Rex ab-

nuit, tanto soror in sororem muliebri pertinaciâ accenditur, rata non misericordiâ deprecationem, sed amoris esse. Itaque vocatis Tryphæna militibus mittit, qui Cleopatram simulacrum Deæ amplexantem confoderent. Nec multò post repetitâ prælii congressione, victor Cyzicenus uxorem Grypi, sororis interfetricem capit; ejusque supplicio Cleopatraz manibus parentat. En lecto *Satana furorem in additis sibi gentibus. Cum Samaritis ab Job. Hyrcano* Judæorum Ethnarcha, obsessis auxilium ferret Antiochus, à filiis Hyrcani Antigonò & Aristobulo pulsus est. Itaque ad Ptolomæum Egypti regem confugit, tantum non à matre regno deturbarum, quod ea invita Cyzicenum adjuvaret. Ab eo acceptis sex millibus, Judæam depopulatur, ratus se vastandis agris effecturum, ut Hyrcanus obsidionem Samariæ solveret. Sed exceptus insidiis, multos amittit. Hyrcanus captam fame Samariam æquavit solo. Cleopatra, mater Ptolomæi, populos in filium incitat, abductaque ei Selene uxore, ex qua duos jam filios habebat, exulare cogit, accessitò minore filio Alexandro, & rege in locum fratris constituto. Nec filium regno expulisse contenta, bello Cyprici exulantem persequitur. Unde pulso, interficit ducem exercitus sui, quod vivum eum è manibus dimississet: Chelciam & Ananiam filios Oniæ, qui templum in Heliopolitana præfectura edificaverat, fidos partium suarum defensores experta maximo in pretio habuit. Sub hæc *moritur Johannes Hyrcanus, palæstinae dominatus 31. annos. Cujus filius Aristobulus principatum in regni formam vertit, primusque Judæorum post exilium Babylonicum diadema sibi imposuit. Novum regnum mox sanguine dedicatum. A regina deec-*

Joseph. l. 13. cap. 5.

Joseph. l. 13. e. 18. & 19. l. 1. de bello cap. 3.

Joseph. l. 13. ex Strab. & Timagen. A. M. 3870.

ptus Aristobulus fratrem Antigonum, tanquam regno insidiantem, Salomonis æger ipse interemit, itemque matrem: quibus paulo post conscientia *A regno graviter ictus. sanguinem continet Davidis vomens, miserabili & præmature exitio pendit pœnas, unico tantum anno invidiosa in dominatione, ex-* *Hinc ad regnum He-* *rodus in Je-* *rusalem 60.*
 acto, cum magnam partem Ituræ & Judaico adjecisset regno. Successit frater *Joannes, Alexander*, fraterno & ipse sanguine cruentus. Alterum enim fratrum regno inhiantem peremit, alterum privata contentum fortuna in honore duxit. Cum Antiochus Grypus, qui & Philometor, & frater ejus Cyzicenus, mutuis claudibus Syriacas vires attererent, nec suppetias suis ferre possent, Ptolemaidem Alexander obsidione cinxit, Zoili Dorensium tyranni & Gazæorum agros vastavit. Illi à Syria Regibus destituti, Ptolomæum Lathurum fratrem Alexandri è Cypro advocant, quem cum astu aliquantisper, simulato compositionis studio, detinuisse Alexander, ut interim Cleopatraz matris opibus confirmaretur, comperto dolo infensorem, ut par erat reddidit. Vastatâ igitur Judæâ, Alexandrum secus Jordanem acie vincit, XXX. Judæorum millia occidit, expugnat Ptolemaidem, viros & castella diripit. Jam in eo erat ut Egypti regnum, quo cum mater privaveraret, recuperaret, cum ipsa ingentibus cum copiis veniat in Syriam, ducibus Chelcia & Anania Judæis, Ptolemaidem vi recepit, & Judæos e periculo à Ptolomæo ipsis impendente, *majori Dei misericordie in suos, quam sua virtute, exem-* *Justin. l. 39.*
 mit. Cæterum Ptolomæus Alexander, territus matris atrocitate, reliquit eâ, *periculoso regno securam ac tutam vicam longe anteponendam ratus.* Cleopatra verò timens, ne major filius ab Cyziceno ad recuperandâ Egyptum

ptum juvaretur, ingentia Grypo auxilia, & Selenen uxorem, nupturam hosti prioris mariti, mittit: Alexandrumque filium per legatos in regnum revocat. Cui cum occultis insidiis exitum machinaretur, occupata ab eodem interficitur, spiritumque non fato, sed parricidio dedit: digna profus hac mortis infamia, quæ etiam matrem toro expulit, & duas filias viduas, alterno fratrum matrimonio fecit: & filio alteri in exilium acto, intulit bellum, alteri erepto regno exitum per insidias machinata est. Sed nec Alexandro cades tam nefanda inulta fuit. Nam ubi primum compertum est, scelere filii matrem interfectam, concursu populi in exilium agitur, revocatoque Ptolomæo regnum reditur. Interim Alexander Judæorum rex, periculo externo defunctus, Gadaram, Amathuntem, Gazam capit, cum paulo post Antiochus Grypus Heracleonis periret insidiis, anno regni nono supra vigesimum. Ei succedens filius *Selenus* bellum gessit cum patruo Cyziceno, eumque tandem prælio captum cum occidisset, non multo post ab ejus filio Antiocho Eusebe, unâ acie victus toraque Syria expulsus est. Fuga deinde perens Ciliciam, quod exactionibus fatigaret subditos, à Mopuestensis in regia cum amicis suis exustus, fratrem Antiochum successorum odii in patriam habuit. Qui & ipse victus ab Eusebe, vitam simul exercitumque amisit. Post eum tertius Grypi filius *Philippus*, assumpto diademate, in parte regnavit Syria. Cui quartum adjunxit *Ptol. Lathurus*, è Cnido accitum *Demetrium Eucærum*, eumque apud Damascum regem constituit. His duobus fratribus strenuè adversatus Antiochus Eusebes brevi & ipse perit. Vocatus enim in auxilium Galadenorû reginæ

cum Parthis bellum gerentis fortiter dimicans occubuit. Syria regnum penes fratres, Philippum ac Demetrium remansit. Demetrium hunc *Joseph. l. 13.* Judæi, ab Alexandro rege suo, *obc. 22.* crudelitatem ejus dissidentes (qui bello intestino ultra LXI. Judæorum millia peremerat) Sicima attraxerunt, castrisque ibi positis, frustra tentavit Alexander Judæos adversæ factionis ad se traducere. Demetrius enim omnes Alexandri mercenarios, Pisidas & Cilices occidit in acie, Alexandrum ad montes capessere fugam compulit. Tunc miserati Regis fortunam Judæi, confluxerunt ad eum circiter VI. millia, quorum metu Demetrius, desperato belli eventu, retro abiit. Ejus destituti ope, qui alterius partis remanserant, inferiores pugna Alexandro fuere; quorum ille octingentos, dum epulatur cum pellicibus, crucifigendos curavit, immani spectaculo: octo millia agit in exilium, haud obscuris proditis documentis, non divino majorum, sed impuro mundi hujus spiritu in quodvis scelus ferri.

Dum hæc fiunt, Demetrius Eucærus majorum improba æmulatus exempla, Philippum fratrem Syria spoliare aggreditur. Ille accitis Arabum Parthorumque auxiliis, fratrem in eas redigit angustias, ut deditione facta, ad Mitridatem Parthorum regem captivus mitteretur. Ibi is morbo totus absumptus, Philippo interim totius Syriæ dominatum sibi asserente.

Sed renascentibus semper fratrum *Justin. l. 40.* odiis, inextinguibili bello & reges & re- *Joseph. l. 13.* gnum Syriæ consumebantur. Etenim *c. 23. l. 1. de* Antiochus Dionysius, occupata Da- *bello Judi-* masco, regnum Cavæ Syriæ adversus *co. c. 4.* Philippum fratrem, usurpare cepit, Aretamque Arabiæ regem bello adortus, fratri occasionem præbuit Damascum invadendi. Jamque te-

nebat Philippus urbem, cum fraudatus præmio proditor, mutata sententia, eadem facilitate exclusit promissorem, quâ antea admiserat. *Antiochus* iterum in Arabes profectus, dum vincit, occiditur: Aretas Cœlensyriam, non invitis Damascenis, sibi vendicat: Alexandrum quoque Judæorum regem apud Adidæ territorium prælio superat, certasque pactus conditiones, militem reducit in Arabiam.

Hinc Alexander, debilitatis accisusque per Arabes Syriæ regum opibus, multas Syrorum, Idumæorum & Phœnicum urbes suam in potestatem redegit: Parebantque Judæis ad mare Stratonis turris, Apollonia, Joppe, Jamnia, Azotus, Gaza, Anthedon, Raphia, Rhinocura: è mediterraneis Idumææ, Adora & Marissa, totaque Samaria. Adhæc Scythopolis, Gadara, Gaulonicis, Seleucia, Gabala: Moabiticæ etiam urbes, Eusebon, Medaba, Lemba, Oronas, Theliton, Zara, Pella. Posthæc *Alexander* ex temulentia morbo contracto, & triennio integro quartana vexatus, nec tamen abstinens à castrensibus officis, tandem exhaustis viribus *fato*

A. M. 389. concessit in Herafenorum finibus, quâ obfideret Ragaba Castellum, ultra Jordanem situm *Moriens Alexander*

Joseph. l. 13. c. 23. 24. conjugii autor fuit, ut Phariseos quorum seditionibus ipse exagitatus fuisset maximè, ex infensis benevolos sibi quacunquè ratione efficeret, eisque corpus suum traderet, pro arbitrio seu funerandum honestè, seu projiciendum cum dedecore. Quod cum illa fecisset, Pharisei Alexandrum laudibus oneratum exquisitis sumptuosissimè extulerunt, & reginæ potestatem suis apud populum concionibus ratam firmamque effecerunt. Atque sub hæc Ptolomæi La-

Justin. l. 39. thuri frater *Appion*, ex pellice susceptus, cui pater Cyrenarum regnum

testamento reliquerat, hærede populo Romano instituto, decesserat. Itaque & ea pars Lybiæ provincia Romanorum facta est, & Syriæ Ægyptique regna, virtute potentium sociorum arcata, quæ incrementa de finitimis bello quærere solebant, adempto vagandi arbitrio, vires suas in perniciem mutuum convertunt.

Jam multo ante Numidiam, victo Jugurtha, Romani occupaverant, eo nimirum tempore, quum Samariam subigeret Mircanus. Nunc etiam Mithridatem regem Ponti & Asiæ potentissimum vexabant armis, ipsi interea multo gravioribus principum suorum disidiis cædibusque domi obnoxii: quæ omnia nunc nobis exponenda paucis veniunt, viarum carnis, pænarumque eas sequentium exemplum præbitura.

Jugurtha, avo Masaniissa ortus, Micipsæ per adoptionem filius, agitarus *gurthinum* regni cupiditate, Hyempsaem *fratrem* bello petiit, victumque intere-

A. M. 386. mit. Quum se in Adherbalem alterum Micipsæ filium convertisset, nec illum magis, quam Romanos, quorum in fide & clientela regnum erat, metueret, missa per legatos pecunia traxit in sententiam suam Senatam, effecitque ut legati destinarentur qui regnum inter illum Adherbalemque dividerent illos denuò aggressus auro, per M. Æmylium Scaurum ipsos Romani Imperii mores expugnat, inchoatumque nefas audacius perfecit. *Sed non diu latent scelera.* Corruptæ nefas legationis erupit, placuitque bello persequi homicidam. Primus in Numidiam Calpurnio Bestia consul mittitur: Sed rex peritus, fortius adversus Romanos aurum esse, quam ser-

rum, pacem emit, & simulatâ eam deditione obsignat. Quum interveniente fide publica à senatu accerteretur, & pari audacia & venit & competitorum Imperii, Masaniissa nepotem

tem Masivam, immisso percussore confecit. Hæc altera contra Jugurtham causa bellandi. Igitur sequens ultio mandatur Sp Albino.

Sed hujus quoque (proh dedecus) ira corruptit exercitum, ut voluntariâ Romanorum fuga vinceret, castrisque potiretur, addito etiam turpi fœdere in pretium salutis Romanorum, ut dimitteretur à signis exercitus. Igitur in ultionem non tam imperii Romani, quam pudoris Metellus assurgit, qui callidissimè hostem nunc precibus, nunc minis, jam simulata, jam quasi vera fuga eludentem artibus suis aggressus est. Agrorum atque vicorum populatione non contentus, in ipsa Numidiæ capita impetum fecit, & Zamam quidem diu voluit: cæterum Thalam, gravem armis, thesauroq; regis, diripuit.

Tunc urbibus exutum regem, & jam finium suorum regniq; fugitivum, per Mauros atque Getuliam sequebatur.

Postremo Marius auctis admodum copiis, cum pro obscuritate generis sui capite census sacramento adegisset, jam fufum & saucium regem adortus, non facilius tamen vicit, quam integrum & recentem. Hic & urbem Herculi conditam Capfam, in mediâ Africa sitam, anguibus harenisque vallatam, mira quadam felicitate superavit; & saxeo inditam monti Mulucham urbem, per Ligurum aditu arduo inaccessoq; penetravit. Mox non Jugurtham modo, sed Boechum quoque Mauritaniam regem, jure sanguinis Numidiam vindicantem, apud oppidum Cirtham graviter cecidit. Qui ubi rebus diffusis suis, alienæ cladis accessio fieri timeret, pretium fœderis, ac amicitiam Jugurtham facit. Sic fraudulentissimus regum, fraude faceri sui in insidias deductus est, & Syllæ in manu traditus. Tandem

que opertum catenis in triumpho pop. Romanus adspexit. Sed ille quoque victus & victus, vidit urbem, quam *venalem & quandoq; perituram, si haberet emtorem,* cecinerat. Ante currum Marii ductus cum duobus filiis, & in carcere necatus est. Marius triumphali veste in senatum venit, quod nemo ante eum fecerat eique propter Cimbrici bellimetum continuatus per plures annos magistratus est. Consulatu secundo, & tertio, absens creatus, quartum dissimulanter captans, consequatus est.

Id bellum cum Cimbris & Ambro-
nibus, extremæ Celtiæ seu Germaniæ
populis, jam aliquot annis maxima
cum clade sua Romani gesserant,
Cimbri, quum terras eorum inun-
dasset oceanus, novas sedes toto
be quærebant. Illyricum populan-
tibus dum obsistit Papyrius Carbo
Cos. cum exercitu fufus est. In Ita-
liam migraturi misere legatos in ca-
stra Silani, perentes, ut Martius po-
pulus aliquid sibi terræ daret quasi
stipendium, cæterum, ut veller, man-
ibus suis atque armis uteretur. Sed
quas darent terras Romani, agrariis
legibus mox inter se dimicaturi. Re-
pulsus igitur, qui nequiverant preci-
bus, armis obtinere constituunt. Sed
nec primum Cibrorum impetum
Junius Silanus, nec secundum Man-
lius, nec tertium Cæpio sustinere po-
tuerunt Omnes fugati, exuti castris.
L. Casius Cos. à Tigurinis Gallis,
pago Helvetiorum, in finibus Allo-
brogum cum exercitu cæsus est. Mi-
lites qui ex ea clade supererant, ob-
sidibus datis & dimidia rerum omni-
um parte, incolumitatem pacti rece-
serunt Tigurini Cimbris se junxere.
Aurelius Scaurus legatus Cos. à Cim-
bris fuso itidem exercitu captus, dum
Italiam petiturus, eo quod diceret,

Sallust. bello Jugurth. Entrop. l. 4. Vellejus l. 2.

Orosius l. 5. c. 15.

Epit. Livii. l. 67. Plut. in C. Ma-rio.

Bellum Cimbricum A. M. 3859. Vellejus l. 2. Florus l. 3. Epit Livii. l. 63. Vellejus Pa-terculus. l. 2.

Epit. Livii. l. 65.

Epit. Livii. l. 67. Entrop. l. 5.

Romanos vinci minime posse, à Belo rege feroce juvene, occisus est. *Secundum* de C. Manlio & Q. Servilio, Cæpione *victoria Cimbrorum* ad fl. Rhodanum Octoginta millia Romanorum caesa, calonum ac lixarum *Orosius l. 5. c. 15. 16.* quadraginta millia. Secundum populi Romani iussionem, Cæpionis, *Strabo l. 4. c. 9.* cujus temeritate clades accepta erat, damnati bona publicata sunt, filia ejus postea constuprata turpiter perierunt Calamitatem in sacrilegia, quæ deprædando templa Tolosana commiserat Cæpio, Timagenes & Posidonius historici conferunt, Strabone & Gellio testibus.

Epit. Livii l. 67. Timoris Romæ tantum fuit, quantum vix Annibalis tempore Punicis bellis. Ac Cimbrî vastatis omnibus, quæ circa Rhodanum & Pyrenæum sunt, per saltum in Hispaniam transgressi, ibique multa loca depopulati, à Celtiberis fugantur. Reverſique, in Galliam bellicosos se Teutonibus conjungunt. Interim Marius Cof. adversus eos & dux creatus severe habet milites: fororis filium, quem Trebonius ob attentatam pudicitiam occiderat, jure cæsum pronunciat.

Florus l. 3. c. 3. Tertium consularum in apparatu belli consumit, non ausus congredi cum Cimbris, donec invicta illa rabies confensesceret. Illi tripartito agmine, defendente castra Mario, per Alpes, id est, claustra Italix transitori, Romam se capturos confidunt.

Marius mirâ velocitate occupatis compendiis prævenit hostem, prioresque Teutones sub ipsis Alpium radicibus assequutus, apud Aquas Sextias oppressit. Vallem fluviumque hostes medium tenebant. Flagitante aquam exercitu, Viri, inquit Marius, estis: en illic habetis. Itaque tanto ardore pugnatum est, ut victor Romanus de cruento flumine vix plus aquæ, quam sanguinis biberit. Rex Teutobochus vir proceritatis

eximia, spectaculum triumphî fuit. *Epit. Livii l. 68.* Caesa dicuntur Ambronum & Teutonum ducenta millia, capta nonaginta, Marius absens quintum consul creatus, triumphum oblatum donec Cimbro vincere, distulit. Cimbrî repulso ab Alpibus, fugatoque Q. Catulo proconsole, qui fauces Alpium obsederat, & ad flumen Athesin castellum obsesum infederat, virtute sua explicata, in Italiam descendunt. Si statim infesto agmine ad urbem contendissent, grande discrimen esset: sed in Venetia, quo ferè tractu Italia mollissima est, ipsa soli calique clementia robur elanguit. Dulcedine vini mitigatos Marius, junctis cum Catulo viribus, in tempore aggressus est. Primum nebuloso die incautis occurrit, tum ventoso quoque, ut pulvis in oculos & ora ferretur Cimbrorum, denique acies conversa in orientem, ut ex splendore cæli videretur. Eo prælio cXL. milia aut in pugna, aut in fuga caesa sunt, LXM. capta. Tria & triginta signa sublata, exercitus Marii duo, Catuli XXX. & unum rapuit. Hac victoria videretur meruisse Marius, ne ejus nati Romanos pœniteret; hominis quantum bello optimi, tantum pace pessimi. Sextus consulatus veluti præmium ei meritorum datus.

Jugurthino & Cimbrico bellis, non loco, sed tempore confine fuit *Florus l. 3. c. 4.* *Thracicum*, haud minus varia fortuna administratum. A Scordiscis Thracum fœvissimis, Thessaliam atque Dalmatiam incurſantibus, non fufus modo, sed totus omnino interceptus exercitus, quem duxerat Portius Cato, Didius vagos & libera populatione diffusos, intra suam repulſe Thraciam Drufius ulterius egit, & vetuit transire Danubium. Minutius toto vastavit Hebro multis quidem amissis, dum perſada glacie flumen equitatur.

Livii Epit. l. 63.

tatur. Pifo Rhodopen Caucasumque penetravit. Curio Daciam tenus venit: sed tenebras saltuum expavit. Appius in Sarmatas usque pervenit: Lucullus ad terminum gentis Tanaim, lacumque Mæotim. *Nec aliter cruentissimi hostium, quam suis moribus domiti.* Quippe in captivos igne ferroque sævitum est. Sed nihil barbaris atrocius visum, quam quod abscessis manibus relictis, vivere superstites pœnæ suæ cogebantur.

*Diod. Sicul.
l. 26. eclog.
Florus l. 3.
cap. 19.*

Eadem tempestate Sicilia iterum novi è servis reges, prædonesque exorti, *Salvius & Athenio* cum manipularibus suis. Occasionem dedit Licinius Narva prætor, qui ob bellum Cimbricum, ingenuos provinciales liberare servitiis jussus, in gratiam dominorum accurata causarum cognitione superfedit, & libertatem petentes ad suum quemque herum cum objurgatione remisit. Triginta omnino duorum fratrum servi initium conjurationis fuere, confestim plures advolarunt. Prætor Licinius, data Titinio cuidam latronum duci impunitate, cum in servos armatus, consilio infelici. Occiso Titinio, armorum nacti copiam conjurati, autique in sex millia, Salvium quandam haruspitem regem creant, & Mergantinam urbem obsident. Liberandæ urbi appropinquantem Licinium repellunt. Victoriæ solertiam addit Salvius. Conspicatus enim fugientes Romanos, per præconem vetat occidi, si quis projectis armis abscedere cupiat. Ita armis potitus, convolantes ad se undique fugitivos instituit, alterius cujusdam ducis (Athenio is erat Cilix astrologus) auctus legione, quam simili de causa contraxerat, Tryphonem se appellat, & Tricalis figit regiam, muroque & fossa munuit, XL. jam millia hominum suo sub imperio habens, ut parum à justo regno abesse videretur.

Igitur adversus eum Licinius Lucullus Roma mittitur cum XVIII. prosperamque pugnam facit, plerisque servorum ex Athenionis casu, qui vulnere stratus pro exanimi conciderat, fugam arripientibus. XX. cæsi, reliqui Tricala se recepere. Eum locum dum animose tuentur, & Lucullum seu muneribus, seu metu frangunt, trahitur bellum, Tryphon moritur, eiq; succedit Athenio. Hic cum totam insulam prædæ haberet, tandem consulari exercitu digna revisa. Ergo M. Aquilius quinto consulatu Marii collega, Athenionem fortiter dimicantem acie interfecit, ipse capite graviter saucius. Reliquos ad XM. locis editioribus constanter oppugnatis detrahit. Postremi mille, duce Satyro, cum redacti in potestatem, Col. bestiis objectandi essent, mutuis semetipsos vulneribus confecerunt. *Tanti Siculis sua in servos iniquitas, tanti servis in dominos crudelitas stetit.*

*Epit. Livii
lib. 69.*

Compressis extra urbem bellis seditionibusque, in sua grassari viscera ceperunt Romani, autore potissimum eo, per quem Cimbro & Teutones vicerant, C. Mario. Nec mirum, cum tunc etiam Romæ reperiretur P. Malleolus, matricida, qui primus omnium insutus culleo, in mare præcipitatus est: Romanæ quoque superstitionis ancilia cum strepitu mota, urbanum armorum strepitum denunciarunt. Igitur Marius homo mutabilis, ambitiosus, varii consilii ingenique, cum sparsa, per tribus pecunia, sextum emisset consulatum, Cn. Apulejo Saturnino tribunatum confecit, primoribusque nobilitatis, à quibus ut homo novus contemni videbatur, infestus, leges promulgat agrarias, quibus additum, *ut quicquid plebs scivisset, in id juraret senatus.* Q. Metellus, Numidicus, ne juraret, nec causa malorum esset

*Epit. Livii
lib. 68.*

*Epit. Livii
lib. 69.*

esset

Florus l. 3. c. 16.
Sextus Aurel. Victor. eo vesaniæ progressus est, ut C. Mem- Oros. lib. 2. c. 17.

esset certaminum, in voluntarium exilium Rhodum profectus est, ibique legendis & audiendis magnis viris vacavit. Post ejus fugam omnino nobilitate percussa, quum tertium jam annum dominaretur Apulejus vel. *Victor.* eo vesaniæ progressus est, ut C. Memmium consularis candidatum interficeret, quo facilius satellitem furoris sui Glauciam consulem faceret. Tum vero jam conspiratione senatus, ipso quoque Mario Consule, quia tueri non poterat, adverso, directæ in foro acies, expulsus inde Apulejus in Capitolium evasit. Sed quum abruptis fistulis obsideretur, senatuique per legatos poenitentiae fidem daret, ab arce digressus, cum ducibus factionis receptus in curiam est. Ibi eum facta irruptione, populus fistibus saxisque coopertum in ipsa quoque morte laceravit. Caput ejus Rabirius quidam senator per convivia circumtulit in ludibrium. Glauciae cervix fracta.

S. Aurel. in L. Apulejo.

Interemptis factiosis, Q. Cæcilius Metellus, ab exilio ingenti totius favore civitatis reducitur, cujus conspectum non ferens Marius, in Cappadociam, inde ad Mithridatem Pontii regem abijt, suadens ut aut majorem Romana potentiam struat, aut tacitus imperata faciat.

Plutarch. in Mario.

Justin. l. 37.

Erat Mithridates patre Mithridate genitus, quem Romani ob navatam adversus Aristonicum operam, majori Phrygia donaverant. Puer tutorum expertus infidias, antidota toties biberat, ut senex ne volens quidem veneno mori potuerit. Timens deinde, ne inimici, quod veneno non poterant, ferro peragerent, ficto venandi studio, per septem annos, neque urbis, neque ruris recto usus fuerat. Ad regni deinde administrationem cum accessisset, non tam de regendo eo quem augendo cogitabat; Scythas singulari felicitate perdomue-

Epit. Libii lib. 70.

rat auctusque viribus, Cappadocia Ariobarzanem Romanorum amicam expulerat. Eum L. Cornelius Sylla senatus jussu reduxit, & cum Parthorum legati amicitiam fœdusque iniit. Dum hæc geruntur, Romæ ex veteris ambitionis favillis, ingens conflatur incendium, quo tota pene Italia conflagravit.

Gracchanis legibus equites judiciorum potestatem nacti, in multis clarissimos viros scieverant, nuperime P. Rutilium, virum Romæ innocentissimum, quod legatus C. Marri proconsulis à publicanorum (ii equites erant) injuriis Asiam defenderat, repetundarum damnatum in exilium ejecerant. Senatus non ferens eam equestris ordinis impotentiam, summa vi niti cœperat, ut ad se judicia transferrentur, sustineant causam M. Livio Druso tribuno plebis, sed ita ut quæ ipse illicidæ multitudinis causa permittebat plebi, senatus improbare, & gratia apud vulgus nimia, apud primores in invidiam verteret. Plebs atceptis agris gaudebat, expulsi dolebant: equites in senatum lecti lætabantur, sed præteriti querebantur. Senatus permissis judiciis exultabat, sed societatem cum equitibus agrè ferebat. Igitur quando bene cogitata male cadere videbantur, ad dandam civitatem Italiæ conversus Livii animus. Capionem inimicum actionibus suis resistentem, ait se de saxo Tarpejo præcipitaturum. Philippo Cos. ita collum in comitio obtorsit, ut multus sanguis efflueret è naribus, quum ille, luxuriam opprobrans, muriam deturdis esse dicebat. Tam effusæ de Republ. liberalitatis fuit, ut profiteretur, neminẽ se ad largiendum prætercalum & cœnum reliquissẽ. Aderat promulgandæ rogationis dies, tantaque subito vis hominum undiq; apparuit, ut hostiam adventu oppressa civi-

Vellejus l. 2.

Flor. lib. 3.

cap. 17.

Sextus Aurel. in M.

Livio Druso.

lib. 30.

civitas videretur. Sed obtinente Cof. per vim late juffa que leges, Livius femiaminis domum relatus. Validus exinde cum è Senatu domum reciperet, per turbam cultello percuffus, qui affixus lateri ejus relictus est, intra paucas horas deceffit. Invidia cædis apud Philippum & Cæpionem fuit, percuffor incertus. Cum ergo promiffa Italicis civitas non præftaretur, irati illi defectionem in conciliis agitarunt; pariterq; defciverunt Picentes, Vefini, Marfi, Peligni, Marucini, Lucani, Samnites.

Epit. Livii l. 71. 72. 73. Appian. de bell. civ. l. 1. Orof. lib. 5. cap. 17. Vellejus l. 2. Olymp. 272. Diod. Sic. l. 37. eclog.

Id bellum Marficum, sociale, Italicum appellatum, trecenta juventutis millia abfumfit. Italicorum ut fortuna atrox, ira caufe juffiffima injuffa erat actio. Petebant enim eam civitatem, cujus imperium armis tuebantur. Per omnes annos, atq; omnia bella duplici fe munere militum equitumque fungi, neque in ejus civitatis jus recipi, quæ per eos in id ipfum perveniffet fastigiû, per quod homines ejusdem & gentis & sanguinis, ut externos alienosq; fastidive poffet.

Sed fœdum erat belli confilium, ut fefto die Julius Cæfar & Martius Philippus Cof. inter facra & aras immolarentur. Ut Afculi in ipfa ludodorum frequentia Servius Prætor & Fontejus legatus cum omnibus civibus Romanis trucidarentur. Nec Annibal; nec Pyrrhi tanta vastatio traditur. Oericulum, Grumentum, Fefulæ, Carfeoli, Nuceria, Picentia cædibus, ferro, igne vastatæ. Efernia & Alba obfeffæ. Nola à Samnitibus capta, Fufæ Rutilii copię, fufæ Cæpionis, L. Julius Consul, exercitu amiffo, cruentus in urbem relatus. Saga sumferunt Romani, C. Marius legatus Rutilii, meliori eventu cum Marfis præliatus, L. Cæfar cum Samnitibus, animos Romanis reddidit, ut pofitis fagis, togam reciperent.

Tum finguli duces fingulos aggressi populos Cn. Pompejus Picentes fudit, & obsedit. Propter quam victoriam prætextæ, aliaque magistratum insignia refumpta. Libertini in militiam adfcripti. Cato difcuffit Hetrufcos, Pompejus & Gabinius Marfos, Garbo Lucanos, Sylla Samnites. Strabo verò Pompejus omnia flammis ferroq; populatq; non prius finem cædium fecit, quam Afculi evertione tot exercituum manibus litaret. Tam varia atque atrox fortuna Italicæ belli fuit, ut biennium continuum Rutilii & Cato Cof. occiderentur. Paulatim deinde recipien-

Vellej. lib. 2. Epit. Livii lib. 75. 76.

do in civitatem, qui arma aut non ceperant, aut depofuerant maturius, vires refeftæ sunt, Pompejo, Syllaq; & Mario fluentem procumbentemq; Republic. refituentibus, Silone, Poppædio, Mario, Egnatio, aliisque Italicorum ducibus plerisque occifis. Romani victis afflictoque ipfi exarmati, quam integris univerfis civitatem dare, fulta superbia, maluerunt.

A. M. 3884.

Supererant Nolaæ belli hujus reliquæ, cum quinto anno Q. Pompejus & L. Cornelius Sulla confulatam inierunt, bellique civilis inter ipfos duces feralia principia, juffo Dei in ambitiosos & crudeles Romanorum animos judicio, exifterunt. Ejus occasio hæc fuit.

Mithridates rex bello acerrimus, Juffin. l. 37. virtute eximius, duarum & viginti Aur. Victor gentium ore loquens, aliquando fur in Mithr. tunâ, femper animo maximus, ductus Juffin. l. 38. occasione belli Italicæ, odio in Romanos Annibal, Paphlagoniam occupavit. cuparat, juffusque refitituere, hæredibus Olym. 170. tariam eam patri fuo obveniffe re Vellejus l. 2. fponderat. Nec territus minis, Ga- Ep. Liv. l. 77. latiam quoque invaferat. Deinde so- Plut. in Syl- roris fuæ Laodices filii Cappadociæ la & Mario regno privatis, Ariobarzani à Ro- Orofius l. 5. manis introducto erat infestus, Ni- cap. 15.

comede etiam Nicomedis filio bellum ciente, Bithyniæ imminabat, totumque orientem in Romanos sollicitabat. In eum dux forte creatus Lucius Sulla Cos. circa Nolam, arma pertinacissimè retinentem morabatur, ut expugnata urbe in Asiam expeditiori militia iret. Interim Romæ C. Marius jam septuagenarius, per P. Sulpitium Trib. plebis legem ad populum fert, qua L. Sullæ imperium abrogatur, Cajo Mario bellum Mithridaticum decernitur. Additur exulum revocatio, novorumque civium & libertinorum in tribus distributio. Nec vim abstinet Tribunus, Pompeji Cos. filium, generum Sullæ interficit, legatos ad Sullam mittit, exercitum Mario tradi postulantes. Sulla & suæ iræ indulgens, & ardore militum incensus Romam properat, & adversus factionem Sulpitii & Marii in ipsa urbe pugnat, eamque ejicit. Duodecim à senatu hostes judicantur, inter quos C. Marius pater & filius, Sulpitius indicio servi è villa sua retractus occiditur: *servus ut præmium promissi indicii haberet, manumissus quidem: at ob scelus domini prodiit de saxo dejicitur.* Marius junior in Africam trajecit. Marius pater cum in paludibus Minturnensium lateret, extractus est ab oppidanis: ad quem occidendum missus servus publicus, majestate viri recedit. Itaque & ipse ad filium in Africam, data publice navi, delatus est. L. Sylla civitatis statum ordinavit. Ejus collega Q. Pompejus consul ad capiendum à Cn. Pompejo proconsule exercitum profectus, consilio ejus trucidatur.

Entrop. l. 5.
Epit. Libii lib. 78.
Vellejus l. 2.
Appian. in Mithrid.

Mithridates interea Phrygiam Asiamque, pulsis Aquilio & Manlio legatis, qui temerè sine decreto publico bellum accenderant, sibi subjecit, unaque die, quicquid erat civium Romanorum in Asia, missis ad

civitates literis propositisque præmiis interfecit. Urbem Rhodum, quæ sola in fide manserat, oppugnat, & aliquot præliis navalibus victus abscedit. Miserat etiam in Graciam Archelaum ducem cum CXX millibus. per quem Achaja, & prodeunte Aristone, Atheniensium civitas capta est. Dum eum Sylla apud Athenas obsidet, ipsamque urbem, eoa. Flor. lib. 3. gis ab Archelao eam defendere: *civibus corpora intra muros, animos extra habentibus,* expugnat, Romæ Cornelio Cinna, En. Octavio Coss. male obrutum resurrexit incendium, & quidem ab ipsorum consulum discordia quum de revocandis, quos senatus hostes, autore Sylla judicaret, ad populum referretur. Cincti quidem gladiis concione, sed vincente Octavio, profugus patria sua Cinna, exutusque potestate consulari à senatu, confugit ad partes. Redit ab Africa Marius, clade & exilio major. Ad tanti nomen viri latè concurrunt, exercitus Appii Claudii, qui ad Nolam erat, corruptis centurionibus Cinnae jungitur; Italici, quos per omnes Romanas tribus dividere Cinna cœperat, favore causæ suæ advolantes, ingentes Cinnae copias præstitère, ut XXX. legionum instar impleret. Cn. Pompejus, Magni pater, eversor Asculi, *ita se dubium, medicumq; partibus præbebat, ut temporibus insidiaretur, & huc atque illuc, unde spes major assulgeret potentia, se exercitumq; desisteret.* Ad ultimum magno atrocis prælii, sub ipsis micenibus urbis, cum Cinna conflixit. In eo cap. 18. duo fratres ignorantes concurrerunt, Cum victor mortuum spoliaret, suo agnito fratre, ingenti lamentatione edita, rogoque ei extracto, ipse supra rogam se transfodit, & eodem igne consumptus est. Fraude Pompeji, qui proligatis demum optimatum rebus auxilium tulerat, & segni-

tie Coss. Octavii confirmati Cinna & Marius, quatuor exercitibus, quorum duo Q. Sertorio & Carboni dati sunt, urbem circumfederunt. Ostiam Coloniam expugnavit Marius, & crudeliter diripuit. Samnites Mario juncti Plancium cum exercitu cecidit. Janiculo depulsi Mariani, Antium, Ariciam & Lavinium devastarunt. Cum nulla optimatibus spes esset resistendi, propter segnitiam aut perfidiam seu ducum, seu militum, Cinna in urbem receptus est; Mox lege ab eo lata etiam Marius. Hic postquam Octavii manus dejecta Janiculo est in principum capita sævire ceptum. Cælitus etiam pugnatum in cruentas acies, & infanda capita. Pompejus fulmine afflatus interiit: exercitus ejus pestilentia correptus, penè totus absumptus est. Furentibus deinde Cinna & Mario, Octavii consulis caput pro rostris exponitur: Cn. Antonius consularis in Marii ipsius mensis: C. Cæsar & Fimbria in penatibus domorum trucidantur: Crassi pater & filius in mutuo alter alterius aspectu: Babium atque Numitorem per medium forum unci traxere carnificum. Catulus se ignis, exitialisque haustu odoris ludibrio hostium exemit. Merula, qui pro Cinna consul creatus fuerat, flamen Dialis, Jovis sui oculos venarum crure resperfit. Mox sui quisque periculi etiam merces factus nec quisquam innocens habitus, qui locuples esset. *Cinna & Marius*, citra Comitua ulla, *consules seipfos renunciarunt.* Sed Marium idibus Januariis mors abstulit, hominem in bello hostibus, in otio civibus infestissimum: qui quam Remp. armatus servaverat, eam primo togatus omni genere fraudis, postremo etiam armis evertit: ultimo consulatu præcedentes omnes fœdavit. In ejus locum Valerius Flaccus successus, turpissima legis au-

tor, qua creditoribus quadrantem solvi iussit.

Dominante in Italia Cinna, major pars nobilitatis ad Syllam in Achajam, ac deinde in Asiam profugit. Sylla interim cum Mithridatis præfectis circa Athenas, Bœotiamque Macedoniam ita dimicavit, ut thenas reciperet, & plurimo multiplices Pyræi portus munitiones labore expleto, amplius CCM. hostium interficeret, nec minus multum caperet. L. Flaccus successor ei missus & propter avaritiam in visus exercitui, à C. Fimbria legato, ultima audaciæ homine occisus est, & imperium ad Fimbriam translatum. Hic in Asia fuis aliquot copiis Mithridatis, urbem Pergamum expugnavit, obsessumque regem non abfuit multum quin caperet. Urbem Illion, quæ se potestati Syllæ referebat, oppressam delevit, magnamque Asiæ partem recepit de Mithridate. Sylla interim multis præliis Thraces Macedoniam vastantes, cecidit. Romæ Cinna & Papyrius Carbo à seipfis consules per biennium creati, moti oratione L. Valerii Flacci & aliorum, concordiam amantium, legatos quidem ad Syllam de pace misere: at nihilominus Cinna exercitum naves cœgit conscendere & adversus Syllam proficisci. que Anconæ à militibus lapidatus, consulatum Carbo solus gessit. Transgressus deinde in Asiam Sylla, pacem cum Mithridate fecit ita, ut cederet rex provinciis. Asia, Bithynia, Cappadocia Fimbria desertus ab exercitu, ad Syllam transeunte, servò cervicem præbuit. Vix quidquam in Syllæ operibus clarius dixerim, quam quod, cum per triennium Cinnanæ Marianæque partes Italiam obsiderent, neque illaturum se iis bellum dissimulavit, nec quod erat in manibus, omisit: existima-

Epit. Livii.
l. 80.

Florus l. 3.
c. 21. Diod.
Sicul. l. 38.
eclog.

A. M. 3884.

vitq; ante frangendum hostem, quam ulciscendum civem Legatis à senatu de pace missis, futurum se in potestate senatus respondit, si cives à Cinna pulsi restituerentur. Quæ conditio cum justa videretur, per Carbonem factionemque ejus, cui bellum videbatur utilius, ne conveniret, effectum est. Novis civibus S. C. suffragium datum, quod sanguine emptum fuerat: & mandatum, ut omnes ubique exercitus dimitterentur. Legati Syllæ, ut de pace agerent, missi, à Coss. Cn. Norbano & Corn. Scipione Asiatico violati sunt. Putares Syllam venisse in Italiam, non belli vindicem, sed pacis autorem. Tanta cum quiete exercitum per Calabriam Apuliamque duxit. Sed iis quibus & pessima & immodica cupiditas erat, non poterat pax placere. Felici igitur circa Capuam adventu, Scipionem Norbanumque consules superat: quorum Norbanus acie victus: Scipio ab exercitu suo desertus ac proditus, inviolatus à Sylla dimissus est. Cn. Pompejus Cn. filius, ejus qui Asculum ceperat, conscripto voluntariorum exercitu, cum tribus legionibus ad Syllam venerat, ad quem se nobilitas omnis conferebat, ita ut deserta urbe ad castra veniretur.

Tum Marius juvenis, animi potius quam ævi paterni, & Carbo consul, quasi desperata victoria, ne inulti perirent, sanguine senatus sibi parentabant: obfessaque Curia per Damalippum Prætozem, sic de senatu quasi de carcere, qui jugularentur, e ducti. Quid funerum in foro, in Circo, in patentibus templis? Nam Q. Murius Scævola Pontifex, Vestales amplexus aras, tantum non eodem igne sepelitur. At Pontius Telesinus, dux Samnitum, contractis circiter XLM. ita ad portam Collinam cū Sylla dimicavit, ut ad summum discrimen & eum, & Romanam Remp. per-

duceret, dictans adesse Romanis ultimam diem, delendamque urbem, quod nunquam defuturi essent raptores Italica libertatis lupi, nisi Sylla, in quam refugere solerent, esset excisa. Post primam demum horam noctis, & Romana acies respiravit, & Samnitium cessit. Telesinus semianimis repertus postera die, victoris magis quam morientis vultum retulit, cujus abscissum caput gestari Sylla circa Præneste, ubi erat Marius, iussit. Marius tum demum desperatis suis rebus, per cuniculum erumpere conatus, cum foramine è terra emersisset, à dispositis in idipsum interemptus est plerique implorata servi sui ope eum vita expulsum tradunt. Sylla felicitis nomen assumpsit, iustum, si eundem & vincendi finem habuisset. Neque enim ei satis erat, quod apud Sacriportum Mario, & apud Collinā portam Telesino victo, LXX. amplius millia conciderat: quod ad Clusium, ad Faventiam, Fidentiamque, per Servilios, Metellumque Pium & Lucullum, magnificis præliis Carbonis exercitus vicerat, octo Medendorum in via publica trucidavit, tabulam proscriptionis posuit, ex qua duo millia electi, qui mori juberentur. Marius ducis fratrem oeu-

lis, manibus cruribusque defossis, servavit aliquamdiu, ut per singula membra moreretur. Prænestinos omnes inermes occidit. Spoletem, Interamniū, Fluentiam, sub hasta vendidit: Sulmonem planè delevit. Carbonem in Sicilia Pompejum interemit. Dictator deinde creatus, jus honoris usurpatio, inde ab Annibalis ex Italia discessu per annos cxx. erat intermissa) cum fascibus XXIV. processit, tribunorum plebis potestatem minuit, jus omne concionandi, legumque ferendarum eis ademit, Pontificum augurumque collegium ampliavit, ut essent XV. senatum ex e-

Epit. Libii.
l. 74.

Epit. Libii.
l. 86. Vellejus l. 2.

Flor. l. 3.
e. 21. Vellejus l. 2. Epit. Libii. l. 86.
87. 88.

Orosius l. 5.
Diod. Sic. l. 37. Eclonimis] repertus postera die, victoris

Flor. l. 3.
ser. c. 21.

Epit. Libii.
l. 89.

questri

questri ordine supplevit: proscriptorum liberis jus petendorum honorum eripuit, & bona eorum vendidit. Ex quibus cum primo multa ipse rapuisset, redactum est sestertium ter millies quingentius. Lucretium Afellam suarum partium ducem contra voluntatem suam consulatum petere ausum, in foro iussit jugulari.

A. M. 389. Cn. Pompejus in Africa Cn. Domitium proscriptum & Hiabam regem Numidarum bellum molientes vicit & interemit: Is primus, cum adhuc eques esset, & XXIV. annos natus, de Africa triumphavit, Metellus ex proscriptis unus, clam capite adoperto ad posticum adis Bastia uxoris cum accessit, admissus minime est, quia illum proscriptum diceret. Itaque

Salust. *Fragm. hist. se transfodit, & sanguine suo ingratas fores respergit.* Sylla recepta de Sam-
Sylla. *Epit. nitibus Nola, XLVII. legiones in a-*
Libii. l. 90. gros captos deduxit, & eos iis divisit.
Sextus Au. Inde nonaginta senatorum, consula-
rel. Flor. l. 3. rium XV. tot præterea millium in-
c. 13. Cic. 3. terfector, abiit dictatura. Sperti cæ-

Tusculan. ptus, cum Cumis ex morbo pedicula-
Plut. in M. ri decessisset, honor ei a senatu est ha-
Cicerone bitus, ut vix Martius in Martio cam-
Vellejus po cremaretur. Ejus acta conatus
Paterculus rescindere Coss. M. Lepidus, à Q. Ca-
l. 2. Euseb. tulo collega Italia pulsus, in Sardi-

Chron. Sui- nia morbo & pœnitentia periit.
dus. Euseb. Eodem temporum tractu nitue-
Chron. runt Philosophi, Diodorus Stoicus,

Apollonius, & Molo Rhodii, præceptores Ciceronis: Oratores Romani L. Crassus, M. Antonius, C. Cæsar Strabo, & P. Sulpitius. M. Scævola *juris scientia*, quam propriæ eloquentiæ nomine celebrior. Historiographi, Cælius, Sisenna, Rutilius, Clandius Quadrigarius, Valerius Antias, Atellanarum scriptor L. Pomponius. Rhetores, Plotius Gallus, Othacilius Pileus, Chronographus Castor *historica ἀγνοῦματε* scripsit. T. Lucretius veneris laudator vene-

reo poculo dementatus, sua manu periit.

Templa Damonum cel-herrima, Ca. A. M. 3889. pitolium Romanum, & Fanum Delphicum, LXXX. ante Christum annis eodem tempore *conflagrarunt*; sed utraque reparata sunt, donec vanæ superstitionis deleter Christus cæcas erroribus terras illustraret.

PTOLOMÆUS X. DIONTSIUS, *Resitutio-] nis Judæo-*
qui & Auletes. rum. 378.

ANTIOCHUS & CLEOPATRA SE-
LENE, ARETAS Arabs, TIGRA-
NES, *Syriæ Reges.* Imp. Græcorum 231.

MITHRIDATES, PONTI & ASIÆ
Rex. *Ante Christi-*
stum na-

L. LUCULLUS, Cn. POMPEIUS MA-
GNUS, C. JULIUS CÆSAR, M. *tum. 76.*

CRASSUS, M. TULLIUS CICE-
RO, *Principes Romanorum.* *Olymp. 175.*

Diod. Sic. l. 1. Bibl. App. i. Civ.

App. i. Civ.

Ptolemæus X. Lathuro mortuo suscepit regnum Ægypti, filius ejus perisq; habitus, Appianus & Strabonothum fuisse subindicant. Sylla profugum ad se Pt. Alexan. filium, Alexandrinis regem obtruserat: Sed eum ci-
ves, insolentius imperantem, XIX. regni die trucidarunt. Substitutū ei al-
terum fratrem expulere, donec ad Auletem defluxit tyrannis. Hic se nobum
Bacchum appellavit, ab aliis Auletes
propter non decora, minimeq; regia
Strab. l. 14. & 17.

gitiis & luxui deditus, vix quicquam Trogus
regium præter nomen habuit. *prologo 39.*

Similiter Syriæ regnum, intestinis Seleucidarum, diffidiis consum-
riac. Justin.
ptum, tenente jam Cælen Syriam l. 40, Strab.
Arete, Antiochus tueri non potuit. *bo l. 11.*

Itaque cum pars Mithridatem Ponticum, pars Ptolemæum ab Ægypto
arcessendum conferret, occurreretque,
quod Mithridates implicitus bello
Romano esset, Ptolemæus quoque
semper hostis fuisse Syriæ, omnes in
regem Armeniæ Tigranem consen-

tere,

fere, instructum præter domesticas vires & Parthica societate, & Mithridatis affinitate. Igitur is subactis Atropatenis, Gordyæis & Mesopotamiis, transmissoque Euphrate, Syriam ac Phœnicem vi occupavit, Ptolemaidem L. hominum millibus circumfedit, Cleopatram Selenen, Syria expulsum, cum aliquandiu oblidione eam vexasset Seleusia, captam interemit.

Strabo l. 16.

Joseph. l. 13. cap. ult. & l. 1. de bello c. 4.

Regnabat tunc in Palæstina regis Alexandri vidua Alexandra, sed vis imperii erat penes Phariseos, quibus Johan, Hyrcanus & Alexander reges erant adversati, eorumque traditiones aboleverant. Illi nunc indulgente Alexandra, rerum potiti, quoscunque suis partibus infestiores noverant, viros Judæorum fortissimos, fictis criminibus ad supplicia rapiabant, regnumque præsidibus suis orbabant. Hyrcanus major filiorum Alexandri, præerat sacerdotio, ac segnitie insita animi ad omnia conivebat: Aristobulus minor principatu excludebatur. Cum ad Ptolemaidem federet Tigranes, regina genti suæ timens, magni momenti munera ad eum misit, omnemque de Judæis fidem pollicita, regnum novem annis in quiete habuit. Egrotans autem illa, paternorum amicorum sanguis, & contemptus intolerantia Aristobulum in vindictam excitavit: qui occupatis celeriter castellis, quæ pleraque occulti amici ipsius tenebant, rem eo deduxit, ut frater Hyrcanus Pontificatu contentus regni administratione ipsi cederet, Olymp. 377. ann. Q. Hortensio. Q. Metello Cretico Coss.

Justin. l. 40.

Reliqua omni Syria per XVIII. annos Tigranes potiebatur. Antiocho in Ciliciæ angulo delitescente. Sed ficut ab hostibus tuta erat Syria, ita terra motu vastata est, quo centum septuaginta millia hominum, & mul-

tas urbes periisse tradunt. Quod prodigium mutationem rerum maximam portendisse, manifestissimo eventu cognitum, paulo post universo Seleucidarum regno in Romanorum potestatem redacto. Romani interea Syllanæ proscriptiois reliquias tollere laborabant, ut intestinis tandem dissentientibus liberati, expeditiores adversus Mithridatem, irriatum potius, quam victum à Sylla, vires pro-

merent. Igitur supererat proscriptorum à Sylla ducum fortissimus, Sertorius, jam in Africa, jam in Balearibus insulis fortunam expertus, missusque in Oceanum, fortunatas insulas penetrarat. Tandem Hispaniam armavit, viro cum viris facile convenit. Nec aliàs magis apparuit Hispani militis vigor, quam Romano duce. L. Manlius Gallia proconsulem, & M. Antonium legarum per Hirtulejum Quæstorem prælio vicit. Cum passim urbes subigeret, ac in ipsis propè cervicibus hareret Italia, additus Q. Metello Pio Cn. Pompejus, quæstor adhuc, imperio consulari, novo exemplo, instructus. Hirtulejum Metellus in Betica cum omni exercitu cecidit, Galliam recepit. Pompejus. In Hispania dubio eventu cū Sertorio confligit, cum singula ex utraque parte cornua vincerent. Mox Metellus & Perpenno cum duobus exercitibus à Sertorio fusi, partemque victoriae ei auferre cupiens Pompejus, accessio factus cladis. Obfedere deinde ambo duces Calagurium oppidum, non levioribus suis, quam obfessi Sertorii damnis, qui multos interim amicorum crimine proditionis insimulatos interemit, quorum cæde viam exitio suo aperuit. Mithridates ea libenter accepit, ictoque cum Sertorio federe, classe ejus adjunctus, M. Aurelium Cottam, Coss. ad Chalcedonem prælio superavit. XII. Romanorū millia prælio navali,

Epit. Libii l. 92. Plus in Sertor. Eutrop. l. 6.

vali, vel pedestri congressione ceciderunt. Sertorius omnibus belli militiaq; artibus Pompejo par & Metello, ab obsidione Calagurii depul-
Ep. Lib. 96. Paul. Oros. l. 5. c. 23. Plut. in Sertor.
 sos, coëgit diversas regiones petere, Metellū ulteriorem Hispaniam, Pompejum Galliam. Ad ultimū à suis desertus & proditus, transfugarum M. Antonii & M. Perpennæ aliorumque conjuratorum fraude in ipso convivio occubuit, vir summæ quidem, sed calamitosæ fortitudinis. *Perpenna gentis clarioris quam animi, pessimo facinore certam Romanis vicloriam, & partibus suis exitium, sibi turpissimam mortem auctoravit.* Imperium enim partium cum ad Marium ipsumque translatum esset, Cn. Pompejus & Marium & Perpennam acie victos captosque interemit, ac recepit Hispanias decimo fere anno, quam inter discordiās Romanorum ducum pœnas dare caperat. Calagurium fame ad infames eficas coactum ignis absumpsit, Uxaniam Pompejus evertit.

Victores duces externum id magis, quam civile bellum videre voluerunt, ut triumpharent.

Epit. Libii l. 95. 96. 97. Flor. lib. 3. cap. 20. Vell. lib. 3.
 Dum bellum Sertorianum conficitur, ne cruentis fundendi cruoris deesset copia, Spartacium accenditur. Lentulus Capux gladiatores, incluse rat, crudelem Romanis voluptatem exhibituros. Eorum quatuor & LXX. effracto ludo, profugiunt, congregataque servorum & ergastulorum multitudi-
Orosius l. 5. cap. 23.
 ne, ducibus Spartaco, Chryso Oenomaio, montem Vesuvium insident. Ibi cum obsiderentur à Claudio Pulchro, per fauces cavi montis vimineis delapsi vinculis, ad imas ejus descendere radices, & nihil tale opinantis ducis subito impetu castra rapuere. Inde alia castra P. Voreni prætoris. Deinde totam pervagantur Campaniam: nec villarum aut vicorum vastatione contenti, Nolam atq; Nuceriam, Thurias & Metapon-

tum terribili strage populantur. Affluentibus in dies, odio Romanorū copiis, quum esset justus exercitus, è viminibus pecudumque tegumentis inconditos sibi clypeos: è ferro ergastulorum recocto gladios ac tela fecerunt. Ac ne quod decus deesset, domitis obviis gregibus paratur equitatus: captaque de prætoribus insignia & fasces ad ducem detulere. Nec abnuvit Spartacus de stipendiario Thrace miles, de milite Sertorio, inde latro, denique in honore viri-
Orosius l. 5. cap. 24.
 um gladiator: sed consulares quoq; aggressus, in Apennino Lentuli exercitum percecidi; apud Mutinam, Caji Casti castra delevit. Quibus elatus victoriis (quod satis est turpitudini Romanorum) de invadenda urbe deliberavit. Tandem, confecto in Hispania Sertorio, ardente in Asia Mithridatico bello, totis imperii viribus contra Mirmillonem consurgitur: Pudoremque Romanum M. Licinius Crassus assernit. Primum cum parte fugitivorum, quæ ex Gallis, Germanisque constabat, feliciter pugnavit, casis XXXV. millibus & duce eorum Granico. Reliqui in extrema Italiæ se abidentes, quum fugam in Siciliam pararent: neque navigia suppeterent, ratesque ex cratibus, & dolia contexta virgultis in rapidissimo freto frustra experientur, eruptione tandem facta, dignam facinoribus suis obière mortem. Spartacus imperator occisus est, & cum ipso XLM.

Sonantibus adhuc undique Sertoriani & gladiatorii belli fragoribus, ex sanguis atque exhausta intestina, pernicie, tanquam febribus, Romana respublica, propulsare armis Scordiscos & Dardanos, Macedoniam persultantes, Cilicesque piratas ma-
Ep. Lib. l. 95. Sex. Ruf. in breviario.
 re infestum habentes, cogebatur. Scordisci inter cætera dictu auditu-
 que horrenda, humanorum capitum ossibus

ossibus pro poculis utebantur. Eos aggressus Appius Claudius, morbo curisque interiit. Cn. Curio Scribonius, ferociorem vim gentium declinans, superavit Dardanos; & usque ad Danubium penetrato septentrione triumphum meruit.

Ad Ciliciam & Pamphylia misit P. Servilius pro consule, dum subdere terras studet, pene delebit. Lycæ arbes clarissimas cepit. In his Phalididem, Olympum, Corycum Cilicæ. Primus Romanorum viam per Taurum montem instituit, atq; Isauros bello fractos in deditioem redegit.

Oros. lib. 5. c. 23. Cosconius proconsul sortitus Illyricum, protrita subactaq; Dalmatia, Salonas urbem florentissimam, post biennium tandem expugnavit.

Entrop. l. 6. Ep. Lib. l. 93. Orof. l. 6. c. 2. Appian. in Mithrid. Anno ante, quam Spartacus gladiatores in Romam excitaret, L. Licinio Lucullo, & M. Aurelio Cotta

Flor. l. 3. c. 5. Cotta mortuus est Nicomedes rex Bithyniæ, populumque Romanum testamento heredem instituit. Tum Mithridates, occupata per Tigranem generum suum Cappadocia, hortatu Fannii & Magii, profugorum de exercitu Fimbriæ, cum Sertorio fœdus pepigit, & M. Varium in locum Archelai, duces adversus Romanos, rupta, quam cum Sylla inierat, pace creavit. Contra eum ambo consules missi, variam habuere fortunam. Cotta apud Chalcedonem, victus ab eo acie, ut diximus, etiam intra oppidum coactus est & obsessus. Sed cum se inde Mithridates Cyzicum transfulisset, ut capta urbe nobilissima, quæ arce, mœnibus, portu, turribusque marmoreis, Asiaticæ plagæ littora illustrabat, totam Asiam invaderet, Lucullus ei alter consul occurrit, fiduciamq; oppidanis resistendi peperit. Protracta sic obsidione, Mithridatem à tergo obsident Romani vicissim, & ex mora fame, ac pesti-

lencia obortis, cogunt recedere, multisque præliis vexatum Byzantium, (quæ nunc Constantinopolis est) propellunt, Nec felicior in mari, quam in terra fuga. Quippe centum amplius navium classem, apparatusque belli gravem, in Pontico mari aggressa tempestat, fœda strage laceravit *planè ut Deus debellandum imdidisse Lucullo regem, viribus præf. Appian. indentem, videretur.* Nam plusquam trecenta millia hominum circa eam, obfidionem, morbo, ventis, fame, fluctibus, ferroque interiisse perhibent, inter quos etiam Varius & à Sylla proscriptos alios. Florus Granicum & Asapum amnes cruentos dicit redditos. Eutropius cæsa centum fere millia tradit, At tritæ jam omnes validissimi regni vires erant, sed animus Mithridatis magis augebatur. Itaque conversus ad proximas gentes, totum penè Orientem ac Septentrionem ruina sua involvit. Iberi, Caspii, Albani, & utraq; sollicitabantur Armeniæ. Lucullus laureatas literas, ut mos erat victoribus, Romam ad senatum & consules misit. Illi tunc erant M. Crassus & Cn. Pompejus, *illi divitiis, hic honoribus insolens insolentibus.* Qui tunc invidia in amicitiam versa, Tribunitiam potestatem à Sylla enervatam restituerunt, quemadmodum Cotta ordinem equestrem, redditâ judiciorum administratione. Eodemque tempore M. Tullius Cicero jam quaestorius è Sicilia, C. Verrem prædonempitius, quàm prætores ejus Insulæ, eloquentissimis actionibus ad exilium adigit, L. Gellius & C. Lentulus censores LXIV. senatores dignitate multaverunt. *Tantæ amplissimum Romanorum ordinem sordes maculaverunt.* At Lucullus recepta Paphlagonia atq; Bithynia, etiam Pontum invasit, Eupatoriam & Amisum, civitates Pontii nobilissimas, expugnavit. Secundo prælio

Entrop. l. 6.

Ep. Lib. l. 93.

Vellej. lib. 2.

A. M. 3902.

Ænat. 37.

prælio apud Cabira, quo ingentes iterum copias Mithridates contraxerat, quum commeatu ferè interclusisset Lucullum, per pabulatorum ejus inopinatum felicitatem exterritus, dum tumultuariè moventur castra,

Appian. in XXXM. lectissima amittit, fugiensq; ut erat callidus, Romanaeq; peritus avaritia, spargi sarcinas & pecuniam jubet, & dum illa certatim colligunt infantes, in Comana evadit. Inde ad Tigranem profugit cum bis mille equitibus: qui in conspectum suum non admissum jussit in castellis alimore regio. Ea maxime de causa Mithridates de regno desperans, Bacchum eunuchum mittit ad suam regiam, sorores, uxores, concubinas quomodocunque posset, interemturum, quæ gladius, veneno, laqueis in seipsos sævierunt. Quibus cognitis, præfecti praesidiorum penè universi unanimes ad Lucullum transiere. Lucullus maritimas etiam urbes, Amastrium, Heracleam & Sinopen cepit,

Oros. l. 6. c. 3. acceptaque à Lachare Mithridatis filio, Bosphori rege, corona aurea, amicum eum appellavit. Hinc ad Tigranem, non dedentem exposcenti Mithridatem contendit, cujus arte perturbatis ordinibus, contemptus propter paucitatem, trecenta millia fudit, & per CXX. stadia persecutus est. Tigranecertam recens conditam, & è vastatis XII. Græcanicis urbibus repletâ incolis, à Græcis ultro invitatus, expugnavit; habitatoribusque suam quoque domum dimissis, opus semiperfectum subvertit. Inde Antiochum Cizyceni filium, appellat regem Syriæ, quandoquidem Tigranes pleraque omnia præsidia urbibus jam deduxerat. Mithridates in Pontum ad regni sui reliquias, Tigranes in interiorem secessit Armeniam, quos Lucullus, hyeme impeditas & inopia, sequi non potuit. Ibi vero versa aliquantum

Epit. Libii lib. 98. Eutrop. l. 6. Strabo l. 11. Justin. l. 40.

fortuna, C. Triarius Luculli legatus à Mithridate captus est; inter cadavera reperti sunt tribuni XXIV. centuriones CL. Lucullum ipsum ob illiberalitatem & duritiam, seditio militum tenuit, sequi nolentium & impleta à se stipendia vociferantium. Quæ res Mithridati & Tigrani recolligendi sese occasionem præbuit. Mithridates jam inde à principio belli oceanum piratis, qui mercenarios se vocabant, repleverat, qui allicente lucro, omnia maria usque ad columnas Herculeas redegerant in potestatem & Romanis annonæ commercium intercluserant. Illis videbatur favere & Creta, quæ mera avaritia, primum à M. Antonio, sed infelicitertentata. Quinto tandem Metello, Cydonia, Gnofo, Lycto urbibus expugnatis, victas manus præbuit.

Metelli gloriam intercepit Pompejus, piratarum profigitor, quos cum intra XI. dies toto mari expulisset, reliquis eorum in Cilicia agros & urbes à mari remotas attribuit, ut & data facultate sine rapto viverent, prædationibus abstinerent.

Metellus tamen insignitus Cretici cognomento, liberæ ad id tempus insulæ, pro Minois legibus Romanas imposuit.

Sed Pompejum alia excepit gloria Cn. Manilius Tribunus plebis semper venalis, & alienæ minister potentix, indignante nobilitate legem pertulit, ut Pompejo bellum Mithridaticum mandaretur, suadentibus eam Cicerone & Julio Cæsare.

Accepta provincia, magnis inter imperatores certatum jurgiiis; cum Pompejus Lucullo infamiam pecunia, Lucullus Pompejo interminatam cupiditatem objiceret imperii: neuterque ab eo, quod arguebatur, mentitus argui posset. Nam neq; Pompejus, ut primus Remp. aggressus est,

quemquam animo parem tulit, in quibus rebus primus esse debebat, solus esse cupiens: neque eo viro quinquam aut alia omnia minus, aut gloriam magis desiderabit. Et Lucullus profusæ in ædificiis conviciibusque luxuriæ, haud infacete à Pompejo Xerxes togatus vocari meruit.

Eutrop. l. 6 Alter M. Lucullus, qui Macedoniam administrabat, Bessis Romanorum primus intulit bellum, eosque magno prælio in Æmō monte superavit; oppidum Uscudamam, quod Bessi habitabant, eodem die, quo aggressus, vicit: super Pontum Apolloniam evertit, Calatim, Parthenopolim, Tomos, Histrum, Boz-niam omnem Romanis tributariam reddidit. Alteri L. Lucullo capta Nisibi, contra Persas paranti expeditionem, successor venit Pompejus, cum pleno imperio in omnes quicumque extra Italiam essent exercitus, arbitrioque hostes judicandi adsciscendive socios, ut quemque dignum existimaret, quæ omnia nemini unquam simul ante ipsum erant collata.

Flor. l. 3. c. 5. Quare nihil cunctandum ratus, priusquam inter se gentium robora coirent, statim ponte navibus facto, omnium ante se, primus transit Euphratem: Mithridatemque fugientem media Armenia nactus.

Appian. in Mithridat. Ep. Lib. l. 36. Armenia (felicitas viri) uno nocturno prælio consecit. Quanquam enim per rupes elapsus, rex animo invictus, incidit in equites mercenarios, & peditem tria

Diod. l. 36. millia, acceptisque è castello quodam VI. millibus talentorum, ad fontes properavit Euphratis, ut Colchis tenus jungeret Bosphorum, unde per Thraciam, Macedoniam &

Appian. in Mitbr. Diod. l. 36. Græciam transfret, Italiamque hoc pacto, nec opinatus invaderet: tamen omnia expertus, elocatis etiam filiabus Maoticarum gentium regulis, & Macharo filio ad voluntariam adactō mortem, quod Romanis se ad-

junxisset, nihil profus ad summam rei valuit.

Pompejus fugientem Colchos usque persecutus, deducebatur à vicinis gentibus. Soli Oroezes Albanorum, & Artocos Iberorum reges, cum LXX. millibus insidias ei struxere circa Cyrum fluvium, qui duodecim ostiis in mare Caspium illabatur. At ille compertis dolis, ponte junxit fluvium, Barbaros in saltus compulit, eosque circumdatos exercitu incendit, donec datis obsidibus & donis, ipsi quoque Triumpho materia facti sunt. Ratus deinde Pompejus, profugum nihil magnum effecturum Mithridatem, duxit in Armeniam adversus Tigranem copias, tanquam Mithridatis socium, captisque capite gentis Artaxatis, potentissimum ante regem, devictisque Seleucidis, regis regum jactantem titulos, domesticis jam fractum calamitatibus, opinione integritatis & justitiæ suæ debellabit. Tigranes enim jam trium liberorum pater è Mithridatis filia, duos ex iis, interfecerat: alterum rebellantem in prælio, alterum in venatione, quod se prolapsum neglexisset attollere, jacentique ademptum diadema capiti suo imposuisset. Tertius Tigranes in ea venatione

Epit. Lib. 100

ne corona donatus, paulo post & ipse

lib. 100. defecerat, victusque bello, ad Phraatem Parthorum regem, qui tum recens Sintrico patri successerat, confugit, inde supplex ad Pompejum. Tigranes famæ credulus de fide Pompeji, ne caduceatore quidem præmissō, ad eum venit, donavitque eum

Appian. in Mithridat. Eutrop. l. 6. Diod. l. 36. sex Talentorum millibus, milites drachmis quinquagenis. Pompejus præteritorem regi veniam dedit, filioque minorem Armeniam, patri assignavit majorem, omnibus bello quæ sitis provinciis jussō decedere. *De A. M. 3906.* cecit tota Syria Tigrani ab Euphrate usque ad mare, & parte Ciliciæ, quam ejecto

ejecto Antiocho Eusebe occupaverat. Sed Tigrani filio felix esse imperium non potuit impietate acquisitum. Itaque novis patriem insidiis petens, comprehensus à Romanis est, compertoque cum Parthos sollicitare per internuncios, in triumpho traductus Romano, in carcere periit. Pompejus condita in minore Armenia Nicopoli, Ariobarzani regnum Cappadociæ cum Sophena Gordæque provinciis addixit. Antiocho Comageno Eusebis filio, Syriæ regnum reposcanti, ait, ne volenti quidem Syriæ nedum recusanti daturum se regem, qui tueri eam nesciret, alienaque Victoria captaret præmia, nec rursus Syriam Judæorum & Arabum expofitum atrociniis. Atque ita Syriam in provinciæ formam redigit.

Eam P. Servilius Rullus Trib. plebis decem viris suis destinabat, vendi jubens quodcumque R. P. publicum possideret. Ea hominis Vanitas vigilantia eloquentia M. T. Ciceronis consulis compressa est. Is vir novitatis nobilissimæ, qui omnia incrementa sua sibi deberet, ingenii præstantia, quod summa industria excolerat, effecit, ne Romani, quorum arma vicerant, eorum eruditione vincerentur. Consulatum faventissima plebe nactus L. Sergii Catilina, qui bis repulsam erat passus, Lentulique & Cethegi scelestæ conjuratione petebatur. Ciceronem enim totumque senatum interficere, urbem incendere, & cum suæ factionis hominibus rempublicam invadere decreverant. Id nefas scorti indicio proditum, singulari virtute constantiaque Cicero discussit. Lentulus Consularis & alii clari nominis viri, autore in senatu Catone, jussu consulis in carcere necati sunt. Catilina non segnus obiit, quam sceleris conandi consilia inerat. Quippe fortissimè dimicans (si fortitudo dicenda, quæ

patriam infestat) quem spiritum supplicio debuerat, prælio dedit, eodem ferè tempore, quo Mithridates, occupatis Ponti Euxini ostiis, magna & ultima agitans, more anguium, qui obtrito capite postremum cauda minantur, Pharnacis filii scelere præventus est. Is sive spe veniæ à Romanis consequendæ, sive alias ob causas cupiditatesve, exercitum sibi conciliavit, patrique tutum abitum per nuncios petenti, nullum plane remisit. Quare veritus Mithridates, ne Romanis dederetur, male tentatum veneno spiritum, implorata Galli cujusdam ope, ferro expulit. Vixerat annos novem & sexaginta, regnarat LVII. Pharnaces paterno funere per summum nefas ad hostem misso, Bosporanum sibi regnum pactus est.

Pompejus tunc agebat Damasci, quam urbem per nuper de Areta per Metellum & Lollium legatos ceperat. Ibi cognovit querelas Hircani & Aristobuli fratrum de Judaico regno disidentium. Etenim Antipater Idumæus, discordias inter illos serendo, Aretæ, Arabum Nabathæorum regis, arma attraxerat, qui L. hominum millibus in Judæam ductis, Aristobulum acie fufum Jerosolymæ incluserat. Dum obsideretur urbs, Oniam virum sanctum, quod nec obsessis contra obsidentes, nec obsidentibus contra obsessos Dei precari vellet c. 5. auxilium, lapidibus obruerant obsefores, eoq; scelere corruptis per iram numinis frugibus, horrendam sibi accerliverant famem. Igitur Aristobulus, Scauram CCCC. Talentis induxit, ut Aretam solvere obsidionem cogeret. Ipse discedentes infecurus, VII. M. interfecit, interque eos fratrem Antipatri, qui bellum conciverat. Ipsi deinde Pompejo virem donavit auream, D Talentis æstimatam, ut regnum sibi confirmaret. Sed Judæorum senatus utrumque ac-

Justin. l. 40.

Plut. in Cicer.

A. M. 3909.
Salust. de conjurat.
Catilin.
Vellej. l. 2.
Eutr. l. 6.
Diod. l. 37.
Epir. Lib. II
l. 102. 103.

Flor. l. 4. c. 1

App. in Mithr Orosius l. 6.

c. 5.

Diod. l. 37.

Joseph. l. 14.
Antiq. c. 3. 4.
Oros. l. 6. c. 6.
Eutrop. l. 6.

Joseph. l. 14.
c. 5.

cusavit, quod gentem ex Dei sui lege liberam, in servitutem conarentur redigere. Pompejus his auditis, & improbata Aristobuli violentia, dimisit eos placidè, promittens se venturum in eorum ditionem, quam primum inspexisset res Nabathæorum. Sed Aristobulus quanquam comiter habitus, præoccupando castella iras excivit Pompejo, quibus arte dissimulatis, ille præcepit Aristobulo scribere præfectis sua manu, ne Romanos arcibus excluderent. Fecit id sane Aristobulus sed ægrè ferens, Hierosolymam festinavit, adversus Pompejum se quocunque modo defensurus. Pompejus eum insecutus per nemora Hierichuntis odorata, per palmeta & sylvas Balsami, occurrenti iterum veniam dedit, Gabiniumque ad accipiendas pecunias Jerosolymam misit. Qui exclusus à militibus, effecit brevi, ut Aristobulo custodes adderentur, & Jerosolyma invaderetur exercitu. Disidentibus autem Jerosolymitis, aliqui templi montem occupabant, plerique Pisonem Pompeji legatum in urbem recipiebant, & regiam. At qui templum tenebant, cum per sabbata vallum ducentes Romanos non impedirent, religionis persuasione, tertio mense, ipso expiationis & jejuni die expugnati sunt, Olympiade, CLXXIX. M. Tullio Cicerone & C. Antonio Cos. Duodecim millia eorum occubuerunt. Pompejo sanctum, quod nefas erat à quoquam aspici, nisi Sacerdote, cum aliis ingressus thesauris tamen sacris pepercit, iustisque instaurari sacrificiis, Hyreano Pontificatum reddidit, interdicto diademate. Hippon, Scythopolim, Pellam, Samariam, Matissam, Azotum, Jamniam, Arethusam, à Judæis dirutas, præcis incolis restituit. Maritimas urbes, Gazam, Joppen, Stratonis turrim, Dora liberis pronun-

ciavit, Aristobulum in vinculis Romanam duxit cum duobus filiis, quorum alter Alexander, in itinere elapsus, novas in Judæa turbas dedit, vicusque postmodum à Gabinio, per matrem suam impetravit, ut quinque constituerentur Synedria, unum Jerosolymæ, alterum Gadaris, tertium Amathunte, quartum Hierichunte, quintum Sephoræ. Cæterum Pompejus uno hoc bello sublatis toto mari piratis, & rege ejus ætatis maximo, collatisque signis præter Ponticas gentes, cum Colchis, Albanis, Iberis, Armeniis, Medis, Arabibus, Judæis, Syris, Imperium Romanum Egyptum usque promovit, & ingenti cum gratulatione exceptus Romæ, à tota concione Magnus salutatus est, Egyptum tamen non adit, quamvis imploratus à rege contra seditiosos, & muneribus, vestimentisque in usum totius exercitus donatus: Sive quod timeret regni etiam tum fortunati amplitudinem, sive quod inimicorum caveret invidiam. Gallogræciam, qui in subigendo Mithridate juverat, Dejotaro, Paphlagones Attalo, Colchos Aristarcho attribuit. Exercitibus XVIM. divisit Talentorum.

Quam clarus Pompejus, tam infamis erat Romæ apud bonos P. Clodius stupris, adulteriis & ambitione coopertus; qui tamen confusus divitiis, ut accusatoribus suis nocere, invadere posset, Tribunus plebis fieri laborabat. Infensus etiam Pompejus senarum quod Mithridate rege victo, cunctantius confirmarentur acta sua, cum C. Julio Casare, qui devictis in Præcura Lusitanis, Consul erat factus & M. Crasso, societatem inivit, ut se invicem adjuverent; scissoque in partes senatu, solus Cato cum paucis aliis sincerè curabat Remp. cui id solum videbatur rationem habere, quod haberet justitiam

Diod. l. 37.

Florus l. 3.
c. 5. Joseph.
l. Ant. 14.
c. 6, 7, 8.Diod. Sic.
l. 40. eclog.Epit. Livii.
l. 192.Joseph. l. 14.
ant. c. 8. &
l. 1. de bello
Judæico. l. 5.Joseph. l. 14
c. 10.Appian. in
Mithrid.

A. M. 3891.

Epit. Livii.
l. 103.

Diod. l. 37.

Diod. l. 38.
tiam

tiam. Sed illo renitente, & cum fenatu ac consulum altero M. Bibulo, *A. M. 3913.* Caesar leges agrarias promulgavit, quibus agri per Italiam publici plebi assignabantur. Ita XX. millia hominum in agros sunt deducta. Cicero etiam, quod Caesarem oratione pro Gajo Antonio laesisset, nec honorem ab eo accipere vellet agris dividendis eo autore à P. Clodio tanquam indemnatos necasset cives, in exilium pulsus est, bonis publicatis domoque subversa. Nec contentus homo nefarius Ciceronem ejecisse civem suum, in reges quoque suppressum diu odium evomuit.

Cicero pro domo sua Diod. l. 38. Ptolomæi Dionysii frater regnabat in Cypro, Clodiumque olim à Piratis Cillicibus captum, idoneo redimere lytro noluerat. Hujus ille memor injuriæ, tribunatum adeptus legem promulgavit, de Cypriopibus in ærarium redigendis, Catonemque rogationi adversantem negotio præfecit. Eo accepto rex Cyprius nuncio, venenum sumisit, quo vitam prius, quam divitias amitteret. Cato Cyprias opes Romam navibus advexit jusque ejus insulæ avariis magis quam justis Romani rapuere, Lybiam & Cyrenem supremo Appionis regis arbitrio habebant. Sola Ægyptus remanebat Ptolomæo, omnibus id artibus agentis, ut amicitiam firmaret Romanorum, sed tam exigua apud subditos auctoritatis, ut ne unum quidem Romanum qui selem, sacrum Ægyptiis animal, per ignorantiam occiderat, supplicio posset eximere, quemadmodum oculatus rei testis Diodorus Siculus, qui tum in Ægypto fuit, memorat.

Strabo l. 14. Tandem eum Alexandrini, ob expilationes & injurias, quas pariebantur, exegere è regno, & cum tres ei filia essent, Berenicen natu maximam (quæ sola erat legitima) reginam fecerunt, exclusis filiis adhuc

Ruffus Feffus in Breviario. infantibus, Regina vir petitus è Syria, Cybiofactes quidam qui Seleucidarum se stirpis ferebat. Eum intra paucos dies regina strangulavit, sordes ejus illiberalitatemque averfata. In ejus locum Archelao subiit, pro Mithridatis se filio gerens, cum illi esset Archelao genitus, qui cum Sylla in Græcia bellarat. Dederat illi Pompejus Comanorum Dæ sacerdotium, & tunc cum Gabinio erat, quasi expeditionis in Parthos futurus socius, infcioque illo ad reginam perductus, regium nomen invasit.

Diodo. l. 38. Plut. in Cat. Appia. l. 2. Diod. l. 39. Diod. Sic. præfat. Biblioth. l. 7. Cæterum Auletes Rex Romanorum profugus, ingentibus id egit largitionibus, ut in Ægyptum reduceretur Soli Caesari sex Tal. M. donavit, qui Gallias & Illyricum provincias cum IV. tunc legionibus in quinquennium obtinebat, firmandæque potentia Juliam filiam Pompejo elocaverat. Caesari in Galliam profecto primam belli occasionem dederunt Helvetii, qui Rhodanum inter & Rhenum siti, non sufficientibus juventuti terris, venere sedes petitem, incensis montibus suis. Hoc sacramentum erat, ne redirent. Sed petito tempore ad delibandum, quum inter moras Caesari, Rhodani ponte rescisso, abstulisset fugam, statim bellicosissimam gentem prælio difficili ita vicit, ut XLVII. millibus interfectis, reliquam multitudinem in sedes suas remitteret. Bojos petentibus Heduis quod egregia virtute erant cogniti, ut in finibus suis collocarent, concessit.

Postea Caesari Ariovistum regem Germanorum, qui Heduos, Sequanos aliosque Galliarum populos, aliquot ante annos subegerat, jubet ad se venire. Negat ille sibi opus esse Casare. Si Casar sui egeat, fas esse, ut ipse ad Ariovistum, qui rex sit, veniat. Accensus ira Caesari, imperat Ariovisto per legatos, ut Galliis excedat. Ille

A. M. 3915. Appia. de Bello Civil. Diod. l. 38. Sueton. in Julio. c. 54. Bellum Caesari. A. M. 3914. V. C. 695. Olymp. 180. Caesari. comm. l. 1. Flor. l. 3. c. 10. Epit. Livii. l. 103. Dio. l. 38.

Postea Caesari Ariovistum regem Germanorum, qui Heduos, Sequanos aliosque Galliarum populos, aliquot ante annos subegerat, jubet ad se venire. Negat ille sibi opus esse Casare. Si Casar sui egeat, fas esse, ut ipse ad Ariovistum, qui rex sit, veniat. Accensus ira Caesari, imperat Ariovisto per legatos, ut Galliis excedat. Ille

per legatos, ut Galliis excedat. Ille

Epit. Libii superbe. Quis autem est Caesar? & si vult, veniat, inquit. Et, *quid ad illum, quid agat nostra Germania? num ego me interpono Romanis?* Itaque tantus gentis novae terror in castris, ut testamenta passim, & in principiis scriberentur. Caesar trepidationem militum allocutione inhibuit. Ariovistus, Harudes, Marcomannos, Triboces, Vangiones, Nemetes, Sedusios, Svevos omnemque aciem suam rhedis & carris circum dedit, ne qua spes relinqueretur in fuga. Eo mulieres imposuerat, qui in praelium proficiscentes milites, passis manibus, flentes implorabant, ne se in servitutum Romanam traderent. Germani

Oros. l. 16. c. 7. Diod. l. 38.

tam celeriter procurrerunt, ut Romanis spacium pila conjiciendi non daretur; Cominus gladiis pugnatum est. Quos ut evitarent, elatis super capita scutis factaque phalange impetus exceperunt. Sed tantus fuit vigor Romanorum ut aliqui in phalange insilirent, & scuta manibus revellerent, & desuper vulnerarent. Igitur terribili novo moris genere, Germani terribilem dissolvere phalangem, & in fuga infatigabiliter ceduntur. Ariovistus Rhenum transvectus effugit: Filiarum una capta est.

Caesar. l. 2. Diod. l. 39.

Summotis Germanis, Belgæ (terciam hos Galliarum partem facit Caesar) libertati suæ metuentes, Rhemorum populari agros incipiunt, & cum ad CCLXXII. millia armatorum possent conficere, Caesar praelio abstinens mora eos fregit, velitationibus semper superior. Separatos deinde aggressus Sueffones, Bellovacos, Ambianos, in fidem, imperatis obfidibus suscipit. Nervios vino abstinentes, quod luxuria relanguescere animos, eorumque remitti virtutem dicerent, & Aduaticos majorum suorum (ex Cimbris erant Teutonisque procreati) fortitudinem retinentes, vix

tandem devicit, quum penè prostratam Romanorum aciem suo exemplo, novisque è castrorum custodia subfidii redintegrasset. Nervii è sexcentis ad tres senatores, ex hominum millibus sexaginta vix ad quingentos, qui arma ferre possent, sese redactos questi, suos fines oppidaque receperunt, Aduaticos, quod oppidum suum deditum, nova eruptione in securos conservare tentassent, vendidit.

Inde cum in Italiam profectus Ser- *Cesar. l. 2.*
vium Galbam iter ad Alpes, quo magno cum periculo, magnisque cum portoriis mercatores ire consueverant jussisset patefacere, Seduni & Veragri persuasum habentes culmina Alpium perpetua possessione occupari, Hyberna Romanorum præ- *Oros. l. 6. c. 8.*
sentissimum in periculum adducunt, actumque de iis fuisset, ni repentina eruptione in securos irruendo, cædibus eos in fugam propulissent. *Cesar* pacatam ratis Galliam in Illyricum abit. Ei Galli maritimi ob imperatum frumentum ingens bellum excitant, Osifinos, Lexobios, Nannetes, Ambiliates, Morinos, Diablintres, Menapios addiscunt. Auxilia ex Britania, quæ contra eas regiones est, accersunt. Caesar perpendens *Cesar. l. 3. Diod. l. 39.*
omnes homines natura liberati suadere, & conditionem odisse servitutis, priusquam plures civitates conspirarent, partiendum sibi exercitum putavit, ut Treviros, Rhemos, Aquitanos, in officio contineret, Germanosque à Belgis accitos Rheno prohiberet. Veneratorum urbes aggressus, intellexit frustra laborem sumi & ne captis quidem oppidis hostium, fugam reprimi, qui paratis navibus se suaque omnia alio deportarent. Fit ergo navale bellum, sed majus cum ipso Oceano, cujus ex se æstus bis duodecim horarum spacio incitabat; interdum tanta sub-
fide

sidebat malacia, ut naves loco se commovere non possent. Erant in super Romanorum naves rudes, & statim naufragæ, quum hostilium rostra sensissent. Una res erat usui, falces præcutæ insertæ affixæq; longuriis, quibus funes antennarum, comprehensi, navigio remis incitato prærumpebantur, iisque abscissis, & concidentibus antennis, omnis usus navium uno tempore eripiebatur. Reliquum erat certamen positum in virtute, qua Romani facillè superabant. Sic victi etiam Veneti, omni fenatu necato, sub corona venierunt. Iisdem diebus Q. Titurius Sabinus Unellos, Aulercos, Eburones, Lexobios, P. Crassus Aquitanos, egregiis stratagematis, sed multa tamen cæde subegere.

Cesar. l. 4. Sequenti anno M. Crasso & Cn. comm. de Pompejo iterum Coss. Germanos cum Bell. Gallic. immensis copiis Rhenum transgressos, inter quos Ulsipetes & Tenteri memorantur, petentibus Ulbiis adortus in fugam compulsi, qui magno numero interfecto, se in Rhenum præcipitaverunt. CCC. & XXX. millia capitum fuisse annotat. Hic vero jam Caesar Rhenum pôte transgreditur, & Hercyniis Suevum quærit in sylvis, sed gens ferocissima in saltus & paludes se abdiderat; & quod acerbissimum Casari fuit, non suere qui vincerentur. Dum hæc fiunt, M. Cato in petitione præturæ, prælato ei Vatinius, neglectus, cum legem impediret, qua provinciæ consulares in quinquennium, Pompejo Hispaniæ, Crasso Syriæ & Parthicum bellum, Casari Gallia & Germania dabantur, à Cajo Trebonio legis autore, in vincula ductus, lex perlata est.

Epit. Livii lib. 150.

A. M. 3917. Cumque Romæ jam omnia Pompejus, Crassus & Caesar possent, Gabinio in Parthos ituro mandat, ut Ptolemaum in regnum reducat, reje-

ptii adsciverant. Ei tamen honor antea habitus à Romanis fuerat, ferturque sejus Archelai avus, qui in Capadocia postremus regnavit: Ptolemaus, ut esset, quod Gabinio daret, Berenicen filiam & ditissimos Ægyptiorum interemit.

Caesar quasi hic orbis Romanis non sufficeret, classe comparata in Britanniam transit, mira celeritate. Plena erant tumultu hostico littora, & trepidantia ad conspectum rei novæ carpenta volitabant: itaque trepidatio pro victoria fuit. Arma & obsequia accepit à trepidis: & ulterius isset, nisi improbam classem naufragio castigasset Deus. Deinde pacatis Treviris, classe majore auditisque admodum copiis, in eundem rursus Oceanum, eosdemque Britannos, Caledonias sequutus in sylvas, unum quoque è regulis Cingerorigem in vincula dedit: Contentusque hisce cædibus (non enim provincia, sed nomen studebatur) cum majore quam prius præda reventus est.

Caesare occidentem ultimum incurfante, nondum satis quietum Orientem Gabinus, Syriæ proconsul avarissimus experiebatur. Nam antequam Ptolemaum reduceret, Aristobulus vincula Romanorum elapsus, negotium ei faceffit. Eo victo & Romanam remisso, ex Ægypto revertentem Alexander, filius Aristobuli, impulsus ad defectionem Judæorum XXXM. signis exceptit infestis, ad montem Itaburium. Quo prælio desiderata sunt ex acie Judæorum X. millia. Gabinus victor, constitutis ex Antipatri sententia rebus Judaicis, Nabathæos etiam uno prælio profligavit: Mirhidatem & Orfanem Parthos, Phraatis filios, qui ab Orodæ fratre pulsi ad Romanos confugerant pecunia corruptus dimisit, sparsiore, quod clam aufugissent. Itaque Plutarchus Romæ accusatus est, quod & Ptolemaum,

Diod. l. 59.

Anno eod. Florus l. 3.

cap. 10.

Oros. l. 6.

cap. 19.

Cesar l. 4.

Obsequia comm. l. 5.

Josepb. lib. 14. cap. 11.

Diod. l. 39.

Diod. l. 39.

in Ciceron.

Cicero l. 1. fam. ep. 9. Epit. Livii lib. 106. Bell. Parthicum. A. M. 3917. Diod. l. 40. Joseph. l. 14. cap. 11. Oros. lib. 6. cap. 13. Flor. l. 3. c. 12

mæum, injussu plebis, & contra Sibyllina oracula reduxisset, & Syriam avarè administrasset, inque eum & Cicero, Pompeji dudum & T. Annii Milonis opera, Lentulo, & Metello Cos. ab exilio revocatus, graviter detonabat. Verum Pompejus, & Caesar licet absens, sublevabant Gabinium: Cicero, quem antea accusaverat, defendere, persuasus à Pompejo, cepit, quæ inconstantia transfuga ei nomen, jam ante simili de causa inditum, confirmavit. Gabinus nihilominus ab infensa plebe damnatus est. Ciceroni illud Platonis placuit: *Tantum contendere in Reipubl. quantum probare tuis civibus possis.*

Gabinio suffectus *M. Licinius Crassus*, homo inexplebilis avaritiæ, è templo Hierosolymitano decem millia talentorum, trabemque auream CCC. minas pendentem abstulit; *crescente per rapinas studio & voluptate rapiendi, bellum Parthis intulit, nec à populo Romano decretum, nec à se legitime denunciatum.* Mesopotamiam latè populatus, Orodi rationes violatorum poscenti fœderum, insolenter respondit, Seleuciæ, quæ erat præcipua Parthorum civitas, se eas redditurum. Quamobrè Orodes Surenam suam mitti cum exercitu, ipse in Artabazen Tigranis filium vadit, ut suo bello implicitus, Romanos nihil juvaret. Crassus circa Zeugma transgressus Euphratem, nihilq; motus prodigiis malum animum redarguentibus, à Parthis in insidias deducitur, & à commilitone suo Abgaro Osroenorum rege, haud minore quam ab hostibus ipsis afficitur clade. *Filius Crassi Publicus*, juvenis fortissimus, cadit, plurimique senatores Romanorum. Cum montem quendam in fuga occupasset, spe compositionis devocatus in planam, interfectusque *per ludibrium avaritia liquefacto auro pontus est*, quod

per res secundas adeo firiverat, ut pauperem diceret, cujus redditus exercitum in castris alere non possent. Romanorum pauci Carras, noctis beneficio, lassatis cadendo Parthis, confugerunt. Ea clade intumescens Syriam, Judæamque, & Antiochum regem Comagenum, Cassius Longinus, collectis præesse coactus militibus, egregiè repressit: Parthosque ad Antiochiam usque progressos repulit, & Osacem ducem eorum cum Pacoro adolescente missum, prælio occidit. Cicero tunc Ciliciæ rector Pindenissum oppidum cepit, Imperatorque appellatus est.

Dum hæc geruntur, *C. Caesar* novis subinde Galliarum motibus agitat, innumeram ibi hominum multitudinem sæviente ferro excidit. Domitio, Appio Claudio Coss. hyberna inquietissima habuit. Unam legionem in Morinos ducendam C. Fabio legato dederat: alteram in Nervios Q. Tullio Ciceroni: Tertiam in Eltuos L. Roscio, quartam in Rhemos T. Labieno: Tres in Belgio collocaverat. Alii Legioni & V. cohortibus apud Eburones Q. Titurium Sabinum & L. Aurunculejum Cottam præfecerat legatos. Ibi Ambiorix, Induciomari Treviri nuntiis impulsus, inita cum Eburonibus & Aduaticis conspiratione, Cottam & Sabinum legatos, insidiis circumventos, cum tota legatione delet. Advocatis etiam Nervii, de improviso ad Ciceronis hyberna advolat, vallo ea & fossa cingit, continuaque oppugnatione infestat. Cicero extremo in periculo litteris jaculo illigatis Caesaris implorat opem, Græcamque epistolam, quam lator amento jaculatus intra munitiones fuerat, recipit. Cognito Caesaris adventu, Galli (sexaginta circiter millia erant) obsidionem relinquunt, ad Casarem omnibus copiis conten-

contendunt. Ille simulata fuga, eos in iniquum pertractos locum fugat, occisoque magno numero, omnes armis exiit. Treviros eidem culpæ affines, necato Induciomaro, Labienus subjugavit. Cæsar multis de causis majorem Gallia defectio- nem expectans, ab Cn. Pompejo, Reipublicæ tum causa ad urbem manente, tres novas legiones impe- trat, duplicatumque earum cohorti- um numerum, quas cum Titurio a- miserat.

Iterum deinde Rhenum transit, quod Germani Treviris auxilia mi- serant, & Ambiorigi receptum præ- bebant. Sed postquam per alios ex- ploratores comperit, Suevos ad ini- tium sylvæ Hercyniæ Romanorum adventum prætolari, inopiam fru- menti veritus, quoniam minime tum Germania agricultura fudebat, par- tem pontis rescindit, collocataque ad ripas Ubiorum turri cum præsi- diis, Ambiorigem in Arduenna sylvæ latentem frustra persequitur.

Vellejus l. 1. Interea anno urbis dcc. Romam
Epit. Livii ambitus honorum à divitiis incitatus
lib. 107. jam satis suis præparabat. T. Annius
Diod. l. 40. Milo, P. Clodium, Competitorem
consulatus, Appia via ad Bovillas oc-
ciderat, exemplo quidem gravi, sed
salutari Reip. facinore. Clodii cor-
pus in Curiam delatum Hostiliam,
plebs cum ipsa curia cremaverat,
Hypæus, Scipio, aliique candidati,
armis & vi honores captabant, erat-
que aliquanto tempore sine magi-
stratibus respublica. Quare comprim-
endis turbis & seditionibus, tertius
Pompejo decernitur consulatus fre-
quenti senatu atque ut Cæsar ab eo,
jam nimium potens, separaretur, soli
decernitur, exemplo inusitato, ut

Plut. in Pompejo
Et Cæsare.
Florus l. 4
cap. 2. mutuo metu tenerentur. Concordiam
enim matrimonii fœdere devinctam
mors Juliæ, Cæsaris filia, disjuncta
erat. Jam Pompejo suspectæ Cæsaris

opes, Cæsari Pompejana dignitas
gravis: nec hic ferebas parem, nec ille
superiorem. Nefas! sic de principatu
laborabant, tanquam duos tanti im-
perii fortuna non caperet. Pompejus
tamen ad minuendam invidiam ho-
noris, quem solus gerebat, Collegam
socerum suum, Q. Scipionem dixit.
Ciceronem pro Milone peroraturum
armato judicio exterruit, qui proin-
de non ea, qua solitus erat, constan-
tia dixit.

Milo in exilium actus, Massyliam
se recepit. Ne Cæsarem propalam
offenderet Pompejus, legem tulit,
ut absentis ratio in consulatu habe-
retur, invito & contradicente M.
Catone. Interim Marcellum & Cu-
rionem, Cæsari inimicissimos, illum
consulem, hunc Tribunum facit. Cæ-
sarem vero maxima omnium, eaque
novissima Galliarum conjuratio di-
stinebat, urbano eum retineri motu
putantium, quo minus venire ad ex-
ercitum posset. Primi Carnutes ne-
gotiatores Romanos occiderant, &
re clamore per agros regionesque di-
spositorum significata, caedes Gena-
bi facta oriente sole, ante primam,
confectam vigiliam, in finibus Ar-
vernorum pernotuerat, spatio mil-
lium passuum CLX. Apud Arvernos
Vercingetorix Celtilli filius, cujus
pater principatum totius Gallia ob-
tinuerat, incensis clientibus suis, e-
gentium ac perditorum delectus ce-
leriter habuit. Senones, Parisios, Pi-
ctones, Cadurcos, Turonos, Auler-
cos, Lemovices, Andios, Bituriges,
maritimosq; omnes sibi adjunxit, du-
bitantes magnitudine coëgit suppli-
cii. Qua re nunciata, Cæsar omni-
bus consiliis anteverendum ratus,
Narbonem advolat, timentes confir-
mat, præsidia in Rutenis, Provincia-
libus, Tolosatibus, circumque Nar-
bonem quæ loca erant hostibus fini-
tima, constituit. Per nives Gebennæ

Diod. l. 40

Caesar
comm. l. 7.

Florus l. 3.
cap. 10.

mōtis, qua ne singulari quidē homini via patebat, Arvernorum fines assequitur, priusque in unum locum omnes legiones cogit, quam de ejus adventu Arvernīs nunciari posset. Vellaunoduno Senonum, Genabo Carautum, & Novioduno Biturigum, uno victoriarum impetu captis, Avaricum, urbem Biturigum munitissimam, stimulante militem ad oppugnandum fame, quam Galli crematis circum oppidis induxerant, tandem oppugnatione capit, ubi non ætate confectis, non mulieribus, non infantibus ferrum pepercit. Ex quadraginta millibus vix octingenti ad Vercingetorigem evasere. Ille errare distitans, qui in bello omnes securos rerum eventus expectent, seque hoc incommodum celeriter majoribus commodis sanaturum, paulo post Teutomati Nitiobrigum regis equitatu confirmatur. Cæsar divisit exercitū, quatuor legiones in Senones Parisiosque Labieno ducendas dedit, sex ipse in Arvernos ad Gergoniam applicuit urbem, quæ octoginta hominum millia muro, arce & abruptis defenderet. Ibi temeritate militum XLVI. centuriones, dum incontinentius hostium castra invadunt, desideravit, Hednos antea amicissimos Litavicus ad defectionem interim impellit. Igitur Cæsar trans-Rhenum in Germaniam mittit, equitesque ab his, & levis armaturæ pedites accerit. Eorum ope Vercingetorigem, Heduis auxilia ferentem, vincit. Alexiam edito in colle sitam circumvallat, & fame ad extrema consilia adegit. Confluunt eo Gallorum peditum CXL. millia, VIII. equitum pugnatur

acriter, & dies integros, omnia tentantur. Tandem Galli terga vertunt, sis magna cades, Conspicatus ex oppido cadem suorum Vercingetorigis, ad utramque rem se offert, seu morte sua Romanis satisfacere velit; seu vivum tradere: deditur ergo, arma projiiciuntur, Hedui in fidem Cæsaris redeunt. Labienus Parisios, Bellovacos Cæsar magna cade edomat, exemplum reliqui tot cladibus fracti sequuntur. Uxellodanum pertinacissime propugnatum, siti fregit Cæsar, Gallico. intercisis cuniculis averfisque venis ejus fontis, qui unicus oppidanis aquam subministrabat. Deditis ibi omnibus qui arma tulerant, manus præcidit, vitamque concessit, quo terrius esset pœna defectionis. Sparis denique per totas Gallias militibus, ne qua pars vacua ab exercitu esset, defessos tot adversis præliis blande appellavit & nulla onera nova imponenda, conditione parendi meliore facile fam. lib. 8. in pace continuit. Sub hac Ptolemaeus. epist. 4. us Auletes, Egypti rex anno regni XXXIX. decedit, successore puero annorum tredecim, qui sororem Cleopatram uxorem duxit.

Jam pene supervacaneum videri poterat, eminentium ingeniorum notare tempora. Quis enim nescit diremptos gradibus ætatis floruisse hoc tempore Ciceronem, Q. Hortensium, M. Crassum, M. Catonem; Sulpitium, moxque Brutum, Calpurnium, Cæcium, Cæsum, & proximum Ciceroni Cæsarem, æmulumque Thucydidis Sallustium; autoresque carminum Varronem & Lucretium, neque ullo in suspecti operis sui carmine minorem Catullum.

Anno MDCCLXXII
di 3924.

IMPERIUM ROMANORUM.

C. JULIUS CÆSAR.

C Julius Cæsar novem ætatis annis pacata, aut potius exhausta vi-

ris opibusque Gallia (nam amplius CCC. hominum millia occiderat),
plura

Periodi
Hebdomada
ann Dan.

408. Ante plura ceperat) in Italiam profectus
Christum cognoscit ex C. Curione Tribuno
 natum 46. plebis, quem dissoluto ejus ære alie-
Olymp. 133. no sibi conciliarat, legionum suarum
Vellejus 1. 2. duas, quæ ex S. C. deberent Bibulo ad
Florus 1. 4. Parthicum bellum tradi, per M.
cap. 2. Marcellum consulem addictas Pom-
Diod. 1. 42. pejo, atque in Italia retentas esse. Hoc
Epit. Livii facto parari contra se arma ratus, di-
1. 108. 109. missurum se tamen exercitum, si à
Suet. in Jul. Pompejo dimitteretur rescripsit, &
cap. 28. 29. si sui ratio proximis comitiis habe-
 retur. Sed Cæsari ea negantur: jus-
 sus venire privatus, & petere more
 majorum. Ille contra flagitare de-
 creta à Tribunis pl. antea favente
 Pompejo, condita: ac nisi in fide
 permaneretur, non dimittere exerci-
 tum. Ergo ut in hostem decernitur,
 M. Antonius & Q. Cassius Tribuni
 plebis, quorum intercessionibus id S.
 C. impediatur, Curione Cælio-
 que comitantibus ad Cæsarem pro-
 fugiunt. Ita C. Claudio Marcello. L.
 Cornelio Lentulo Coss. post urbem
 conditam annis dcciii. precedente.
 Solis deliquio, bellum civile exarsit,
 execrandum & lacrymabile, quo,
 præter calamitates infandas, quæ
 præliis acciderunt, etiam Romani
 nominis fortuna, totiusque urbis sta-
 tus immutatus est. Justissimus quis-
 que & à Pompejo exautorari volebat
Lucan. 1. 1. copias. Pompejus enim [per trieni-
belli civilis. nium, absens ipse & prædens urbi,
 Hispanias per legatos suos admini-
 strabat, & iis qui à Cæsare exautorandos
 censentur exercitus, assentaba-
Vellejus 1. 2. tur: iis qui ab se, adversabatur: qui,
 si perfectis muneribus theatri, ante
 biennium, valetudine (pro qua tum
 universa Italia vota suscipiebat) de-
 cessisset, magnitudinem suam illiba-
 tam ad inferos detulisset. Causa qui-
 dem ejus, videbatur melior. Cæsaris
 autem erat firmior. Pompejum se-
 natus autoritas. Cæsarem militum
 armabat fiducia. Vir antiquus & gra-

vis neutras partes laudaret: nemo
 sanctus injuriam privatam patriæ
 subversione vindicandam duceret;
 prudens sequeretur Cæsarem, & illa
 Pompeji gloriosa, hæc terribiliora
 duceret. Cæsar Rubicone flumine
 transmeato, mox ut Ariminum venit,
 quinque cohortes, quas tunc solas
 secum habebat, quid facto opus esset,
 edocuit. Deplorans enim injurias
 suas, causam belli civilis pro restitu-
 endis in patriam tribunis testatus est.
 Auximo capto, terroris implevit
 Roman', Lentulo & Marcello Coss.
 reliquisque Magistratibus deferri pa-
 triam, foris parari bellum placuit.
 Inde per Antonium septem cohortes,
 quæ apud Sulmonem erant, à Lucre-
 tio Cæsar extorsit: tresque legiones,
 quæ cum L. Domitio apud Corfini-
 um erant, desertas à Pompejo, ad
 partes suas traduxit. Pompejus eni-
 m consulesque, & senatus pars major,
 crescentibus Cæsaris viribus trepidi,
 relicta urbe, ex Italia, quam Pompe-
 jus suppositione pedis se armaturum
 frustra speraverat, brevi profugitu-
 ri, Brundisium contendebant: Com-
 missumque ab optimatibus, sive eo-
 rum duce est, ut ait Cicero, ut è portu ad Attic.
 sine gubernaculis egressi, tempestati se epist. 12. 13.
 traderent, rectius facturi, si illo con-
 sultore, vel injustam pacem miserissimo toto lib. 9.
 bello prætulissent. Cæsar circum-
 missis ad Italicos literis, Pompejum
 in jus vocavit, & omiſſa Roma, quam
 victoris fore prævidebat, perageret
 bellum sine sanguine statuit, si Pom-
 pejum Brundisii opprimere posset.
 Et fecisset, nisi ille obsessi claustra
 portus nocturna fuga evasisset. Igi-
 tur Cæsar pene vacuum metu Ro-
 mam ingressus, in senatu & in con-
 cione alienis armis se ad arma compul-
 sum profitetur. Erarium quoque à
 Pompejo præ festinatione neglectum,
 quia tardius aperiebant Tribuni, fra-
 ctis foribus invasit, protulique auri
 pondo

pondo rvm. Centum triginta quinque argenti pondo prope DCCCC. millia. Pulso fugatoque Pompejo, maluit prius ordinare provincias, quam ipsum sequi. Siciliam & Sardiniam, annonæ pignora, per Curionem & Valerium legatos habuit. Nihil hostile erat in Gallia, pacem ipse fecerat. Sed ad Hispanientes Pompeji exercitus transiuro, portas claudere ausa Massylia est. Misera dum cupit pacem, belli metu in bellum incidit, quia tuta muris erat, Caesar vinci eam sibi absentem per Trebonium & Brutum iussit. Mox deditibus sese ablata omnia, præter, quam *potiorem omnibus habebant, libertatem*. Ancepæ variumque in Hispania bellum cum legatis Pompeji, Petrejo & Afranio: quos tandem aggere & vallo, ac per hæc siti ad deditiorem compulsi. Per hæc à M. Lepido prætorè *dilatator* Romæ dicitur *Caesar*: ex dictatore Consulè se cum P. Servilio ipse facit. Sic ceterior Hispania recepta est, nec ulterior moram fecit. Quid enim una post quinque legiones? itaque ultro cedente M. Varrone, Gades, Eretum, Oceanus, omnia felicitatem Cæsaris sequebantur. *Prospera tamen ejus mox adversis obnubilata, quasi de industria partes resederet fortuna.*

Florus l. 4.
cap. 2.

Quippe cum fauces Adriatici maris Julii occupare P. Dolabella & Antonius, ille Illyrico, hic Corcyrao litore castra posuissent, jam maria late tenente Pompejo, repente Legatus Pompeji Octavius Libo ingentibus copiis classicorum circumvenit utrumque: deditiorem fames extorsit C. Antonio. Missæ quoque à Basilio in auxilium ejus rates, nova Pompejanorum arte Cileicum, actis sub mari funibus, captæ quasi per indaginem. Similiter in Africa Curio, pulso fugatoque Varo jam superbus, subitam Jubæ regis ad

ventum equitatumque Maurorum non sustinuit. Patebat victo fuga, sed *conscientia suavit, ut amissum suæ temeritate exercitum, corruptamque fraudibus temp. morte sequeretur.*

Sed jam debitum fati pat flagitante Deo, sedem bello Pompejus Epiron elegerat. Nec Caesar moratus. Quippe ordinatis à tergo omnibus, quamvis hyems media prohiberet, adversa tempestate ab Bellum navigavit Morante ad Brundisium exercitu, ardente ventis mari, speculatio navigio solus accersitum profectus milites, trepido gubernatori, Quid times ait, Cæsarem vehis, Contractis in unum undique copiis, Caesar conficiendæ rei avidus, ostentare aciem, obsidere castra oppugnare, Dyrrachium, diripere urbes socias, Oricum, Gomphos, alias. Pompejus adversus hæc neclere moras, tergiversari simul, ut hostem interclusum undique inopia commeatuum tereret, atque ardentissimi ducis consenseret impetus. Sed *salutare consilium milites otium, socii moram, principes ambitum esse increpabant, ut haud vanè Cæsar profecturus in Hispaniam dixerit, ire se ad exercitum sine duce, rediturum ad duces sine exercitu.* Sic præcipitantibus fati, prælio sumta est Thessalia, Variatum tamè ante præliis, sed uno longe ma-

Diod. l. 41.

Florus l. 4.

cap. 2.

Caesar. l. 3.

de Bello ci-

Sili.

Lucan. l. 5.

Lucan. l. 6.

Sueton. Julio. c. 34. 35.

Sueton. Julio. c. 34. 35.

Vellejus. l. 2.

Eutrop. l. 6.

Diod. l. 41.

Lucan. l. 6.

A. M. 3924.

sol vidit. Pompeji acies habuit XLM peditum, equitum in sinistro cornu septem millia, in dextro D. Præerea totius Orientis auxilia, totamque nobilitatem, innumeros senatores, prætorios, Consulares & qui magnorum jam populorum victores fuissent. Cæsar peditum non integra xxx. millia, equites mille, sed gentium fortissimarum fortissimos. Cum diu æquo Marte contenderent, Germanorum cohortes tantum in effusos Pompeji equites fecere imperum, ut illi esse pedites, hi venire in equis viderentur. Stragem fugientis Pompejani equitatus, levis armaturæ ruina secuta est. Voces obequitantis Cæsaris exceptæ altera cruenta; Miles

Lucan. l. 7.
Florus l. 4. cap. 2.
Orosius l. 6. sap. 15.
Vellejus l. 2. faciem feri; altera ad jactationem *Diod. l. 42.* composita: *Parce civibus,* cum ipse *Plut. in Cn.* insequeretur. *Casa Pompejanorum Pompejo.* xvm. Centuriones xxxiii. Pompejus *Lucan. l. 8.* profugiens cum duobus Lentulis Consularibus; Sextoque filio & Favonio prætorio alii ut Parthos, aliis ut Africam peteret; (in qua fidelissimū partium suarum haberet regem Jubam) suadentibus, memor beneficiorum, quæ in patrem ejus Ptolemæi, qui tum puero, quam juveni propior regnabat Alexandria, contulerat, in *Ægyptum* contendere proposuit. Sed *quis in adversis beneficiorum servat memoriã? aut quis ullam debere putat miseris gratiam? aut quando fortuna non mutat fidem?* Missi itaque ab rege, qui venientem C. Pompejum, consilio Theodori & Achilla obviam navi exciperent. Sed cum descendisset in navim Pompejus, imperio vilissimi regis, suggestionibus spadonum, & ne quid malis deesset, Septimii desertoris sui gladio trucidatur, sub oculis uxoris suæ Cornelie, liberorumque, anno ætatis duodecesagesimo. Tam funestum finem immodica ambitio habuit. Cicero imperium à Pompejanis ad se delatum

prudenter recusavit periculoque ob id implicitus, cum Catonis virtute se explicasset, Brundisium transmisit. Cæsar victor omnibus adversarum partium, potestati se ejus permittentibus, ignovit. Tum vero absens Romæ Dictator creatus, pacisque & belli dominus, M. Antonium magistrum equitum dixit, qui quod statim gladio accinctus militibusque semper stipatus incederet imminutæ Romanis libertatis primus documentum præbuit. Cæsar post tertium diem *Ægyptum* affectus, cum ei Theodorus caput Pompeji & annulum obtulisset, infensus interfectori, *illacrymabit hosti, quem tanto conatu perditum iberat.* Alexandriam tumultuantem pro tutore regis pupilli intravit; Cleopatram à fratre eodemque marito antea pulsam, venustate ejus captus, in regnum reducere studuit. Qua de causa irritatos Alexandrinos cum militem idoneum non haberet, oratione placavit. Inferentem vero bellum Ptolemæum, iisdem autoribus quibus Pompejum interfecerat, cum maximo suo discrimine vicit. Nam primum obsessus in regia, adificiorum proximorum atque navilium incendio, instructissimæ etiam illius Bibliothecæ Alexandrinæ, tela submovit infestorum hostium: mox in peninsulam Pharon evasit. Inde depulsus in maria, mira felicitate ad proximam enatavit classem. Tandem receptus à classariis suis, & undique simul hostes adortus, debellata perfida gente, justa Pompeji manibus dedit. Quippe autores belli Achillas & Theodorus varia morte consumpti: Regis ipsius corpus, Nili obrutum limo repertum est, in aurex loriceæ honore. Atque hic finis regni Ptolemæorum fuit. Cæsar enim Alexandria potitus, regnum Cleopatæ dedit, cum *impudicam eam prius fecisset quam reginam, soleretq; non magis libidini,*

Diod. l. 41.

Epit. Lib. 11. lib. 12.

Lucan. l. 9. Caesar. l. 3. de Bello civil.

Lucan. l. 10. Caesar. l. 4. de Bello civil.

Ætropol. l. 6. Orosius l. 6. cap. 15. 16.

Sueton. Jul. cap. 52. 54.

Lucan. l. 7.

Florus l. 4. cap. 2.

Orosius l. 6. sap. 15.

Vellejus l. 2. faciem feri;

Diod. l. 42.

Plut. in Cn.

Casa Pompejanorum Pompejo.

Lucan. l. 8.

Epit. Lib. 11. lib. 12.

Lucan. l. 9. Caesar. l. 3. de Bello civil.

Lucan. l. 10. Caesar. l. 4. de Bello civil.

bidini, quam avaritia & ambitioni imperare. Rediens inde, Pharnacem, Mithridatis magni filium, discordia magis Romanæ, quam virtutis sue fiducia, rebellantem in Ponto, & Cappadociam Bithyniamque obruentem, uno impetu invasit, percussit, destituit, ut vana haud fuerit prædicatio ejus, VENI, VIDI, VICI. *Pharnaces in Bosphorum Cimmericum refugus, Afandri amici infidiis cecidit, paternoque sanguini crudelis, sed justas pœnas pependit.* Nec dum tamen erat finis cædium. Quippe ingens partium Pompeji favor bellum excitaverat Africanum, quod ciebat rex Juba, & Scipio focer Pompeji. M. Cato summa cum difficultate perductis ad eos legionibus, imperium sibi delatum, Scipioni permisit, tanquam Consulari, Juba suadente, ut dirueretur Utica propter favorem Cæsaris, Catonirenitenti tutela ejus mandata. Pompeji Magni filius in Hispania reparatis viribus, quarum ducatum nec Afranius nec Petrejus recipere volebant, bellum adversus Cæsarem ingens ac terribile conflagavit, auxiliis ad eum undique ex toto terrarum orbe confluentibus. Romæ etiam tumultuantem plebem, ob novas P. Dolabellæ, tabulas M. Antonius inductis in urbem militibus, octingentis civium cæcis compescuit. Cæsar, veteranis seditiose missionem postulantibus, dedit eam. Et cum in Africam trajecisset, contra copias Jube regis cum discrimine maximo pugnavit, nec sustinisset, nisi persitium quendam, qui in Mauritania Jube bellum movebat, ad sua regem defendenda revocasset. Confirmatus deinde exercitibus Italicis & Siculis, Scipionem, Afranium, Jubamque, vincit ad Tapsum caesis militum decem millibus, castrisque eorum expugnatis. Cato audita clade relectoque de nocte ad lucernam Platonis libro, qui immor-

talitatem animæ docet, paululum quievit. Tum circa primam vigiliam pectus semel iterumque percussit. Curatus interveniente filio, recesso paulo post vulnere, *expiravit.* anno ætatis XLIX. *dignus vir meliore exitu, sed quem illa sut seculi stolidi fortitudo excacavit.* Petrejus Jubam seque interemit. P. Scipio in nave, cum se confecisset ferè, quærentibus eum hostibus, Imperatorem bene se habere respondit. Tantum illos Cæsaris odium inceserat, ut mori malent, quam ejus gratiam petere. Catonis tamen filio & aliis petentibus venia data est. Nepotes Pompeji & filia, Fauustus Sylla, Afraniusque occisi. Reverfus Cæsar Romam quatuor duxit triumphos: ex Gallia, ex Ægypto, ex Ponto, & Africa: epulum & omnis generis spectacula edidit, *justa Epit. Livii scil. lætandi causa, quod tantum civium perisset.* M. Marcello hosti accerrimo, senatu rogante, Cicerone perorante, concessit reditum. Sed tantarum cædium autorem cliens ejus P. Magius Athenis, ne in patriam reverteretur, occidit. Censuram, quantum Romani sanguinis intercidisset, patefecit. Censuræ capita CL. millia cum proximis Iustris ultraquadringenta millia fuissent. Quartum igitur consul Cæsar contra Pompeji filios, Cn. & Sextum transiit in Hispaniam, nec usquam atrocius, dubioque magis Marte dimicavit. Primo velut furorem civium castigaret *A. Hirt. l. 6.* Oceanus, utraque classis naufragio de bello corrupta est. Mox circa obsidiones urbium utrinque discursum: omnium *Entrop. l. 6.* postrema certaminum Munda fuit. *Dio. l. 43.* Ibi adeo Cæsaris acies prostrata est, *Florus l. 43.* ut de extremis agitaret: ne post tantam rei militaris gloriam in potestatem adolescentium, natus sex annos & J. veniret. Denique procurrens in primam aciem vicit: Pompeji major filius Munda congestis è cadaveribus

aggere oppugnata, effugit quidem, at à Ceronio occisus est: Sextum fortuna aliis bellis reservavit. T. Labienus, qui cum Caesare in Galliis res magnas gesserat, Pompejanas tum partes sequutus, cecidit in acie. Bellis igitur civilibus, toto orbe compositis,

Epit. Livii lib. 116.

Sueton. in Julio cap. 78. 79.

quintus ex Hispania triumphus Caesaris adus. Cum multi ei, quam maximeq; honores à senatu decreti essent, inter quos ut pater patriæ appellaretur, & sacrosanctus, & Dictator in perpetuum esset, invidiæ causam adversus eum præstitere, quod senatui deferenti hos honores ante eadem Veneris non assurrexit, diadema à M. Antonio Cons. inter Lupercos currente, capiti suo impositum, in sella reposuit: & Epidio Marullo & Caesario Flavio Tribunis plebis invidiam ei, tanquam regnum affectanti moventibus, potestatem abrogavit. Ex iis causis conspiratione in eum facta cum vix quinque mensium quiete, usus esset, M. Brutus, C. Trebonius, Cajus Cassius, & ex ipsius Caesaris partibus D. Brutus, in curia eum Pompeji occiderunt xxiii. vulneribus: interfectores occuparunt Capitolium, decretaque cædis ejus oblivione, autore M. Tullio, acceptis obsequiis in urbem descenderunt. Sic Appia l. 2. ille qui terrarum orbem sanguine impleverat, tandem ipse sanguine suo orbis curiam implevit, anno imperii dicam an belli? quinto. Per hoc tamen quinquennium ut reliquus orbis, ita & Judæa, magnas rerum commutationes sensit.

Orosius l. 6. cap. 17. Plut. in Casare.

Appia l. 2. ille qui terrarum orbem sanguine impleverat, tandem ipse sanguine suo orbis curiam implevit, anno imperii dicam an belli? quinto. Per hoc tamen quinquennium ut reliquus orbis, ita & Judæa, magnas rerum commutationes sensit.

Joseph l. 13. Antiq. c. 13. s. 7. l. 1. de Bello Judaico cap. 7.

Aristobulum, ut diximus, Gabinus in catenis ad Pompejum remisit, eum odio partium solvit Caesar, addicisque duabus legionibus in Judæam amandavit. Sed ille in itinere à Pompejanis præoccupatus, veneno periit: filiusque ejus Alexander, ne ut antea res novaret Judæorum affluxu, à Scipione Socero Pom-

peji securi percussus est Antiochiæ. At victo in pugna Pharsalica Pompejo, Hyrcanus Ethnarcha, & Antipater, Caesari in occupando Pelusio, vincendisque Aegyptiis multum contulerunt, Judæis persuadendo Aegyptiis, ut partes Caesaris sequerentur, ejusque aciem tribus armatorum millibus sustentando. Mithridates certe Pergamenus, qui alteri Casarianorum cornui præerat, exerte fallus est, servatum Antipatri opera exercitum, Aegyptiosque jam vincentes in fugam adios. Quare cum Hyrcano & filiis ejus percussus à Caesare fœdus, datumque ut perpetuo fruerentur gentis imperio, Judæosque suis legibus regerent, Joseph l. 14. Antiq. cap. 16 17. l. 1. de Bello Judaico cap. 8. muri etiam Jerosolymæ, quos Pompejus diruerat, egregie instaurati, Antipater præfecturam adeptus Phasaelum filium Hierosolymæ, Herodem Galilææ præposuit. Herodes audacis & elari ingenii juvenis, Ezechiam latronem, multosque cum eo indemnatos alios interfecit, contra leges Judaicas, quibus summa rerum summo sacerdoti & concilio Lxx. seniorum attribuebatur. Citatus ergo ad causam dicendam capitis, consilio patris sui Antipatri, fortissimam sibi manum circumdedit militum, ut terrori Judicibus reus, non illi reo esset. Igitur unus ex iis surgens (Sameas Josepho, aliis Simeon Justus dicitur) pœna dignum censuit Herodem, vel eo tantum nomine, quod vim facere ipsis legibus, sanctissimoque Synedrio non erubesceret: nec effugituros manus ejus, seu Hyrcanum Ethnarcham, seu judices, nisi jus fasque periculo anteponerent. Nihilominus Herodes, Hyrcani monitu elapsus damnationem, & à Sexto Caesare Cavæ Syriæ præfectus paulo post ostendit Simeonem divino spiritu ea prolocutum. Agrè enim ab Antipatro & fratri-

fratribus suis deductus de sententia est, ne statim ferro in Hyrcanum benefactorem suum, universosque iudices sciret, quos postmodum regno potitus omnes sustulit, Simone excepto, qui ad id superesse debuit, ut caelestem Judaeorum regem omniumque servatorem ulnis amplecteretur. Ita enim Vates praedixerant, mansuram Judaeis sceptri potestatem & sacerdotii, quoad rex omnium populorum è Davidis stirpe effloresceret. Sic ergo Judaeorum Remp. Caesar recreavit, qui liberalium etiam doctores artium, quo libentius urbem incolerent, & caeteri appetere, omnes civitate donavit. Tertium Consul Fastos per intercalandi licentiam turbatos, autore Plin. lib. 18. Sosigene Mathematico correxit, annumque ad cursum solis accommodavit, ut trecentorum sexaginta quinque dierum esset, & intercalario mense sublato, unus dies quarto quoque intercalaretur. Nulla Romanorum religione à quoquam incepto absterritis unquam, vel retardatus est. Nullum unquam hostem fudit, quin castris quoque exueret. Ita nullum spatium perterritis dabit: Milites impensè dilexit, bello civili medios & neutrius partis, suorum numero habuit. Quibus ex commendatione Pompeji ordines dederat, potestatem transeundi ad eum omnibus fecit. Percussorum ejus ferè neque triennio quisquam amplius supervixit, neque sua morte defunctus est. Pars naufragio, pars praelio perire: nonnulli semet eodem illo pugione, quo Caesarem violaverant, interemerunt. *Diceres juste occisum quidem esse, nec tamen justos occisores esse.* Quinquagies collatis signis dimicaverat: praeter civiles victorias, undecies c. & xcii. m. hominū occisa praellis ab eo, non equidem in gloria posuerim. Illa fuit vera invicti ani-

mi sublimitas: captis apud Pharsaliam Pompeji Magni scriiniis epistolarum, iterumque apud Thapsum Scipionis, ea optima concremasset, atque non legisset. Ejus corpore pro rostris posito, Sol orbem suum celasse dicitur.

Aurel. Vi-
tor. Virg.
Georg. 1.

C. CAESAR OCTAVIANUS AUGUSTUS.

Caesar ante mortem C. Octavium nepotem fororis suae Juliae, testamento adoptaverat: & ex dodrante haerem scripserat, Apolloniamque eum in studia miserat, mox belligerici & deinde Parthici, quae parabat, commilitonem habiturus. Octavio ut est nunciatum de caede avunculi, protinus ex vicinis legionibus centuriones suam ei, suorumque militū operam obtulerunt. Quam cum non spernendam Salvidienus & Agrippa dicerent, ille in urbem festinavit, posthabitoque matris, aviae, & Philippi vitrici consilio, invidiose Caesaris fortunae nomen adiit. Antonius eum Coss. superbè excepit, vixque admissio in Pompejanos hortos loquendi secum tempus dedit. Qui cum impotenter dominaretur, legemque de provinciarum permutatione tulisset per vim, Caesaremque quotidianis peteret insidiis: Caesar excitis è coloniis veteranis vires Reip. in eum paravit. Legiones quoque Martia & Quarta, quas è transmarinis provinciis Antonius advocarat, cognita populi voluntate & Caesaris, xix. annum ingressi indole, signa ad Caesarem transtulerunt. D. Brutus Coss. designatus, ut petenti Cisalpinam Galliam Antonio (qua Bruto decreta at ab Antonio praecipitata erat) obsisteret, Mutinam cum exercitu est ingressus. Caesari, quia arma sumperat Reip. pro Romano, imperium à senatu datum

A. M. 3916.
Periodi
Danielis
43. ante
Christum
natum 41.
Olymp. 184.
Vellejus 1.2.
Diod. 1. 45.
Appian. 1.3.
de bellis
civil.

Epit. Livii
lib. 117.
Florus 1. 4.
cap. 3. 4.

Epit. Livii
lib. 118.
Vell. lib. 2.

CUM

Gen. 49.
Jer. 33.
Psal. 89.

Suet. in
Jul. cap. 4.
Diod. l. 41.
Plin. lib. 18.
cap. 25.

Sueton. Ju-
lio 6. 59. 69.
75. 77. 89.

Plin. lib. 7.
cap. 25.

A. M. 3929.
Dio. l. 46.
Ciceronis.
Philipp.

cum consularibus ornamentis, adjectumque ut senator esset, & conjunctis cum Hirtio & Pansa Coss. copiis bellum adversus Antonium gereret, quem Cicero acerbissimis orationibus in senatu perstringebat, contradicente Q. Rufio Caleno, & neutrum publica armandum auctoritate disserente. M. Antonius Brutum Mutinæ obsedit, missiq; ad eum legati à Senatu de pace, parum ad eam obtinendam valuerunt. M. Brutus in Græcia sub prætextu reipubl. & suscepti contra Antonium belli, exercitum, cui Vatinius præerat, cum provincia in potestatem suam redegit. C. Antonium Marci fratrem in Epiro sic bello lacecessit, ut volentes ei legiones extorqueret. Ita de integro quasi è seminatis Draconis dentibus, nova bella civilia surrexerunt.

Vellej. lib. 2.
Epit. Libii
lib. 121

Jam & Dolabella in Asia C. Trebonium consularem, cui succedebat, fraude deceptum, Smyrnæ occiderat, participem Cæsaris cædis, à quo ipse provectus in cõsulare fastigium fuerat: Dolabellam ob id facinus hostem judicatum, C. Cassius acceptis à Statio Murco, & Crispo Marcio prævalidis legionibus, Laodiceæ expugnavit, coëgitque servo suo cervicem dare.

Epit. Libii
lib. 119.

Ab Cæsare annum ingrediente vicissimum, D. Brutus obsidione Mutinæ liberatus est, L. Pansa consulum alter in acie, alter A. Hirtius post victoriam suam in inimicorum castris cecidit. Antonius turpi ac nuda fuga deferere coactus Italiam. Hic antequam fugeret, omnia honorificè à senatu in Cæsarem decreta sunt, maxime autorem Cicerone, sed ut recessit metus, erupit voluntas, protinusque Pompejanis partibus rediit animus. Bruto Cassioque provinciæ, quas jam illi sine ullo S. C. occupaverant, decreta. D. Bruto triumphus, Pansa atq; Hirtio sepultura publica,

Cæsaris adeo nulla habita mentio, ut legati qui ad exercitum ejus missi erant, juberentur, summoto eo, milites alloqui. Cicero laudandum puerum, & tollendum censebat, cum aliud diceret, aliud intelligi vellet. Interim Antonius fuga transgressus Alpes, primo per colloquia à M. Lepido qui decreta sibi Hispania, adhuc in Gallia morabatur; mox sapius in conspectum veniens militum, cum & Lepido omnes imperatores forent meliores, & multis Antonius, dum erat sobrius; per aversa castrorum prærupto vallo, militibus receptus est: qui titulo imperii cedebat Lepido, cum summa virium penes ipsum foret. Plancus collega Bruti, dubia homo fidei, & Afinius Pollio Pompejanis constanter adversus, uterque exercitus tradidere Antonio. D. Brutus desertus est primo à Planco mox etiam insidiis ejusdem peritus, paulatim relinquente eum exercitu fugiens, in hospitis cujusdam domo, per immisos ab Antonio percussores, Cæsari à se jugulato pœnas dedit. Atque hæc sunt tempora, quibus M. Tullius continuis actionibus æternas Antonii memoria inussit, notas, cui deinde illa libertatis vindicta, morte stetit. Lepidus à senatu hostis judicatus est, ut ante fuerat Antonius. Tum inter eum, Cæsaremque & Antonium commercia epistolarum, & conditionum facta mentio, cum Antonius & subinde Cæsarem admoneret, quam inimicæ ipsi Pompejanæ partes forent, & in quod jam emerisissent fastigium; & quanto Ciceronis studio Brutus Cassiusque attollerentur, denunciaretq; se cum Bruto Cassioque, qui decem & septem legionum potentes erant, juncturum vires suas, si Cæsari ejus aspernaretur concordiam. Tum inita potentia societas, privigna que Antonii desponsa Cæsari: & percussis adventu Cæsaris

Vellej. lib. 2.
Dio. l. 46.

A. M. 3929.

Anno eod. ris iis, qui in eum iniqui erant, annos XX, natus consul creatus est, anno urbis conditæ DCCIX. Inde legem tulit de quaestione habenda in eos, quorum opera pater ejus Julius occisus esset & M. Brutus, C. Cassius absentes damnati sunt. *Furentibusque Antonio & Lepido, Triumviratus Reipubl. constituendæ à proscriptionibus capit. Nihil tam indignum isto tempore fuit, quam quod à Casare,*

Dio lib. 47. *Cicero proscripius est, abscissaque vox publica, & auctoramento funebri, ad conservatoris quondam sui & Reip.*

Appian. l. 4. *de bellis civ. necem Popilii legionarius miles, irritatus. Caput clarissimum cum manu dextera in rostris positum, ludibrio fuit Fulviæ conjugii Antonii, impotentis superbiæ fœminæ, nilque muliebri, præter corpus habenti. Nihil justum sanctumque illis proscripitoribus erat relictum. Plurimi equites, CXXX. senatores, & inter eos*

Anno eod. Paulus frater M. Lepidi & L. Caesar *Joseph. l. 14. Antonii avunculus, feralem tabulam c. 18. 19. 20. implevere. Dum ea in Italia geruntur, C. Cassius acci atque prosperrimo bello totam occupavit Syriam. Judæam exigendis tributis valdè afflixit, cap. 9.*

Vellej. lib. 2. & per hæc Antipatro à Malicho venenis sublato, concessit filio ejus Herodi, ut Malichum Hyrcano charissimum interimeret. Et factum est, obmutescente ad facinus Hyrcano Ethnarcha, ob potentiam Cassii. Inde Rhodum capit Cassius, Brutus Lycios domuit: ambo in Macedoniam transjecere copias cum per omnia repugnans naturæ suæ Cassius, etiam Bruti clementiam vinceret. Neque

Epit. Libii lib. 122. 124 *reperias, quos aut prouior fortuna cominam sit, aut velut satigata maturius destituerit, quam Brutum & Cassium. Nam redactis in potestatem eorum omnibus transmarinis provinciis*

Bellum Philippense. *exercitiisque, C. Caesar & Antonius apud urbem Philippas acie cum illis occurrerunt.*

Pugnatum vario eventu, ita ut utriusque dextera cornua vincerent, & castra quoque utrinque ab iis, qui vicebant expugnarentur. Cornu, cui Brutus præerat, castra Octaviani cepit, ab Artorio medico, ut excederet, quamquam infirmissimum corpore, præmoniti, ob nocturnæ quietis ostenta. Id autem in quo Cassius erat, fugatum ac malè multatum, in altiora se ceperat loca. Tum Cassius, ex sua fortuna eventum collegæ astimans, Decideratque ejus caput, cum missus miles rediit, nuncios Brutum esse victorem. Qui cum imperatorē prostratum videret, Sequar, inquit, quem mea occidit tarditas, & ita in gladium incubuit. Post paucos deinde dies, Brutus iterum conflixit cum hostibus, & victus, Stratonis familiaris sui gladium sinistrae admovit mammillæ, impulsusque in mucronem uno ictu exspiravit, cum per noctem antea mali imaginem genii sui vidisset.

Mestalla, cum essent, qui eum ducem poscerent, servari beneficio Octaviani Caesaris maluit, quam dubiam spem armorum tentare amplius. Non aliud bellum cruentius caede clarissimorum virorum fuit. Filios Luculli, Hortensii, Catonis eminentissimorum virorum, gladius hostilis abstulit. Drusum Livium Julii Augustæ patrem, & Varum Quintiliū proprius. Staius Murcius, qui classi præerat, Sextum Pompejum Magni filium, qui ex Hispania revertens, Messanam primum, inde totam Siciliam armis occupaverat, petiit: ad quem & è Brutianis partibus, & ex Italia, quos præsentis periculo fortuna subduxerat, confluebant, exitiabilemque tempestatem fugientibus Staius pro portu erat. Sextus Pompejus adolelescens erat, studiis rudis, impetu strepente, cogitatione celer, fide patri dissimilimus, libertorum suorum liber-

l. 5. de bel. lib. civi.

tus, servorumque servus: quem senatus penè totus adhuc è Pompejanis constans partibus, post Antonii à Murina fugam, eodem illo tempore, quo Bruto Cassioque transmarinas provincias decrevit, in paterna bona restituerat, & oræ maritimæ præfecerat. Is tum servitia fugitivosque in numerum exercitus sui recipiens, per Mænam & per Menecratem, paternos libertos, latrocinii ac prædationibus infestabat mare, ductu quondam patris sui à sceleribus piraticis vindicatum. Antonius fractis Brutianis Cassianisque partibus transmarinas obiturus provincias substitit: Cæsar in Italiam se recepit, eamque longè, quam speraverat, tumultuosiore reperit.

Epit. Livii 125. 126. Florus l. 4. c. 5. Dio l. 48. Appian l. 5.

Cum enim Veteranis agros divideret, alia spe corrupti à Fulvia, M. Antonii uxore, milites seditionem concitarunt, quam grandi cum suo periculo Cæsar inhibuit. L. Antonius Coss. Marci frater, criminatus apud eos Cæsarem, qui agros amiserant, magnum conflavit exercitum, pulsusque undique Perusiam se contulit. Eum obsessum, conatumque aliquoties frustra erumpere, Cæsar fame in deditioem venire coëgit, ipsique & Fulviæ & Planco, omnibusque militibus, ignovit, Perusiam diruit, ira magis militum, quam sua voluntate adductus: redactisque in potestatem suam diversæ partis exercitibus, bellum citra sanguinem confecit. Cæterum Antonius in Asiam profectus, omnium gentium legationes in Bichynia habuit obvias. Aderant & Judæorum primates, Phasaelum & Herodem accusaturi, quod in speciem solum regnaret Hyrcanus, tota verò potestas penes hos fratres esset, qui nuper etiam Antigonom Aristobuli filium, Judæa expulissent. At Herodes, pecunia data Antonio, accusatoribus præclufit

viam, & Hyrcani devinctus affinitate, qui neptem ei uxorem dederat, *Tetrarchæ etiam honorem obtinuit.* Judæi apud Tyrum renovantes accusationem pro libertate vincula & mortes, indignante Antonio, perpesi sunt. Sequenti anno cum Antonius jam delibutus amore Cleopatræ, reginæ Egyptiæ, omisis bellis, voluptatibus vacaret, Antigonus Pacorum, Orodus Parthorum regis filium, & c. 24. 25. Barzapharnem satrapam, in Syriam atraxit, qui tum vitum fraude, Hyrcanum, Ethnarcham & Phasaelum, Herodis fratrem, obnoxios suæ potestati reddunt, Herode ipso insidias, obdurato contra fortunam sævientem pectore, masculè superante. Antigonus Hierosolymam obtinuit direptam nefariè à Parthis, qui & Marisam, opulentam Judææ urbem, everterunt. Idem Hyrcano præcidit auriculas, ut truncatus corpore, ineptus sacerdotio haberetur: Phasaelus, alliso ad saxum capite, vitam sibi abrumpit, ne inimico in se potestatem faviendi relinqueret.

Herodes, & à Malcho Arabum rege contemptus, & in Egyptum frustra secutus Antonium, qui jam Octavianum infestabat, in Italia hybernâ navigatione Rhodum attigit, indeque cum periculo Romam. Ibi Antonius, dimissa Fulviâ, ne concordia obstaret, pacem cum Cæsare fecerat, sororemque ejus Octavianam duxerat: Q. Ruffum Salvidienum contra Cæsarem dira molientem, indicio suo insidus amicus detexerat. In novæ ergo amicitia pignus assensit Antonio Cæsar, ut Herodes Judæorum rex crearetur: Antigonus, quod Parthis, imperii Romani hostibus, se adjunxisset, pro hoste esset. Hoc pacto Herodes regium adeptus est fastigium exul, Olympia iterum C. Afinio Pollione Coss. Nec fortuna

Joseph l. 14. antiq. c. 22. Lib. 1. de bello. c. 11. 12.

A. M. 3930.

A. M. 3931.

Joseph. l. 14.

& c. 24. 25.

Dio l. 48.

A. M. 3932.

Epit. Livii

lib. 127.

Joseph. l. 14.

antiq. c. 26.

A. M. 3932.

Lib. 1. de

de CLXXXIV. C. Domitio Calvino bello c. 11. 12

fortuna audacibus cæptis defuit, quanquam triennium retardatis avaritia P. Ventidii & Silonis, legatorum Antonii, qui jussi adjuvare Herodem in expugnando Antigono, majorem Antigoni plus dantis, quam Herodis auxilio indigentis, rationem sibi habendam existimabant. Interim cum vicinus Italiae hostis Sextus Pompejus teneret Siciliam & annonæ commeatum impediret, exoptulante consensu populi, pacem cum eo apud Misenum inierunt Cæsar & Antonius, Siciliamq; & Achajam ei provincias concessere, & proscriptis, Neroni Claudio, M. Silano, Sentio Saturnino, aliisque clarissimis viris in patriam reditum. Sed inquit Pompeii animus continere se terminis præscriptis haud potuit, præsertim quod Cæsar Mænam fugitivum ejus liberum susceperat. Quare cum rursus latrociniiis infestum redderet mare, nec pacem, quam acceperat, præstaret: Cæsar necessario contra eum bello suscepto, M. Vipsanum Agrippam egregium adiutorem habuit. Verum enim verò præfidentem jam felicitati Cæsarem, & Liviam Drusillam, à Marito Claudio Nerone, ac prægnantem sanè abductam, suo thalamo sociantem, graviter eo tempore Deus concussit, Quippe longè majorem classis ejus partem, circa Veliam Palinurique promotorium, adorta vis Africi laceravit ac distulit. Eaque patrando bello mæra fuit, quod postea accipiti fortuna gestum. Vexataque iterum tempestate classis, & gravis sub ipsius Cæsaris oculis ad Tauromenium accepta clades, cum nec ab ipso abesset periculum. Legiones etiam, quæ cum Cornificio erant, legato Cæsaris, expositæ in terra penè à Pompejo oppressæ sunt. Cladem tamen Octavianus suam, matura virtute correxit. Explicatis quippe utriusque partis classibus,

Vellej. l. 2.

Epit. Libii

l. 120. 129.

Vell. l. 2.

Flor. l. 4. c. 8.

Dio l. 48.

Appia. l. 5.

Dio l. 49.

Vell. l. 2.

Dio l. 49.

penè omnibus exutus navibus Pom. Orofil. 4. p. 13. M. Antonii, cuius opem implorabat, dum nunc dignitatem retinet, nunc vitam precatur, à Titio jugulatus est.

Cæterum gerens contra Pompejum bellum, acciverat ex Africa Cæsar Lepidum, cum XII. semiplenis legionibus. Hic vir omnium vanissimus neque ulla virtute tam longam fortune indulgentiam meritis, exercitum Pompeji, quia propior fuerat, sequutum non ipsius, sed Cæsaris auctoritatem ac fidem, sibi junxerat: inflatusque amplius XX. legionum numero, totam victoriam ut suam, interpretabatur, audebatque denunciare Cæsari; excederet Sicilia. Ibi Cæsar, incredibili generositate, cum paucis ingressus castra Lepidi, penè inermis, & perforata jam telis lacerata, Aquilam legionis rapuit. Milites armati cum obsiderentur alii post alios paulatim ad Cæsarem transeunt. Lepidus desertus supplex veniam cogitur petere. Vita rerumque suarum dominium concessa ei sunt; spoliata, quam tueri non poterat, dignitas.

Quo tempore tam prosperè Cæ. Flor. l. 4. c. 9. far Lepidum redegit in ordinem in Epit. Libii Sicilia, minùs benè Antonius pacat. l. 127. 128. vit Orientem. Quanquam enim P. 130. Dio l. Ventidius legatus Antonii, Parthos 49. prælio ingenti victos Syria expulerat, A. M. 3933. ipsumq; Pacorum occiderat, regium juvenem, tamen irritatus in, superbiam Antonius, quod Canidius Crassus Pharnabazum quoque, Iberiæ regem, imperata facere coëgisset, in Armeniam Mediamque processit, cum XVI. legionibus, perque eas regiones Parthos petens, duas legiones Vellej. l. 2. cum omnibus impedimentis tormentisque & Statiano legato amisit. c. 10. Mox sæpius ipse cum summo totius exercitus discrimine, ea adiit discrimina, quibus servari se posse desperaverat:

Oros. l. 6. c. 19. Joseph. l. 15. c. 5. Epit. Livii l. 131.
 raverat; perditaque non minus quarta parte militem, captivi cujusdam, sed Romani, consilio ac fide servatus est. Hic clade Crassiana captus, cum fortunam non animum mutasset, accessit nocte ad stationem Romanam, jussitque, si salvi esse vellent, omisso destinato itinere, diverso silvestri- que evadere. Florus & Victor tertiam partem de XVI. legionibus reliquam ei mansisse, memorant.

Flor. & Se-xtus Aurel. Victor.
 Hanc tamen Antonius fugam suam, quia vivus exierat, victoriam appellabat: tertiaque aestate reversus; in Armeniam, regem ejus Attavadem fraude deceptum, catenis, sed ne quid honori deesset, aureis vinxit, regnumque Armeniæ filio suo ex Cleopatra nato dedit; quam mulierem uxoris loco, jam pridem captus amore ejus, habere cæperat. Sed postea Artaxias regnum paternum recuperavit.

Josph. l. 14. c. 27. De bello l. 1. c. 12. 13. Dio l. 49.
 Judæa interim Galiliæque & Samaria, Job regnum Herodi Idumæo datum ab Antonio, continuis bellis seditionibusque ardebat. Tandem pertæsus legatorum Antonii Herodes, Antonium ipsum Samosatam tunc oppugnantem adit, adjuque ejus urbis expugnatione, Sofiam consequitur socium, duasque Romanas legiones, ad perdomandam imprimis Hierosolymam. Ac primum quidem acriter vindicat cladem, quam absentem intulerat Antigonus, occiso cum sex cohortibus ejus, fratre Josepho: quo facto animati Galilæi totam Herodis factionem Genesara lacu demerserunt. Herodes & Galilæos, & Pappum fratris sui interfectorem prælio divicit. Deinde propè templum Jerosolymitanum castrametatus, urbem contractis undecim legionibus, & sex equitum millibus, præter auxiliares Syrorum copias, ad obsidionem subeundam adduxit. Cumque pertinaciter propugnarent

mentia Judæi, templum Domini jactantes nec deserturum suos Deum in periculo, Sameas autor fuit populo admittendi Herodem, sivegens pro-bello Judaico c. 13, pter peccata eos posse ejus dominati- onem effugere, vir divinæ prorsus providentiæ, & senator tum primarius. Sed nihil profecit. Capta enim exteriore templi parte & ima urbe, Judæi ad superiorem urbem templique interiora refugerunt, ac ne immis- sis quidem ab Herode victimis neq; fame, qua premebantur (quod esset annus sabbaticus) adduci potuerunt, ut alienigenum regem susciperent, quanquam sacris Judaicis imbutum, & recentibus Mariamnes, filii Alexandri fratris Antigoni nuptiis honoratū. Igitur totis Jerosolymam viribus adortus Herodes, tandem eam expugnabit, ipso die Jejunii, omniaq; replevit cædibus. Non ætati, non sexui, non dignitati ulli pepercerunt rabidi milites, adeo ut Herodis atrocem animum subigeret tantarum aspectus miseriarum, rogaretque Sofiam, an solitudinis se regem facturi essent Romani. Nec finis rapinarum & cædium fuit, quoad ipse Herodes suo sumptu ulteriorem vexationem redimeret. Atque ita regno potitus est Judaico, omniumque primus extranei & plebei generis illum apicem acquisivit, quem principatū habuis- sent Assamonæi annos CXXVI. Ante illos summi sacerdotes, sed alterius Eccles. c. 6. lineæ, cum LXX. primatibus sceptri ac judiciorum polluerant dignitate, ac quos Zorobabel, Nehemias, apud Joseph. liique indigenæ duces, præcesserant. l. 15. c. 1. Herodes verò pecuniis induxit Antonium ut crucifixum aliquamdiu, se- curi plecteret Antigonum, quod eo super- perstite nihil securi sibi à Judæis pro- mitteret. Nec tamen quieto frui regno potuit, nisi accito è Babylone Hyrcano, communicatoque cum eo vel in speciem imperio, quem & primo

A.M. 3935.

Eusl. i. hist. Eccles. c. 6. Sin Chron. Strabo a- te, quos Zorobabel, Nehemias, apud Joseph. liique indigenæ duces, præcesserant. l. 15. c. 1. Dio l. 49. Anno eod.

mo in conventibus loco honoravit, & patris nomine compellare est solitus, donec firmata potestate eum fraude tolleret è medio. In summo etiam honore habuit Pollionem & Sameam, assessores magni Synedrii, cum factionem Antigonii trucidaret, Hananelo, quem è Babylonia advocaverat, amoto, Aristobulum Mariannes fratrem summum sacerdotem constituit, altero post anno in piscina, per speciem ludicræ natationis submersum, quod Judæis nimis favorabilem eum cognoverat, Ejus facinoris ne rationem redderet Antonio, tritâ largitionum viâ effecit, & Cleopatræ Judaico inhiantis regno criminationes reddidit irritas, quam amator Antonius Coelestria data placavit. Impudentis reginam libidinis planè interemisset Herodes, nactus eam Hierosolymis, nisi demonstrato periculo, amici eum cordatiores inhibuissent.

*Joseph. l. 15.
Antiq. c. 3.
& 4. l. 1. de
bello Judai-
co. c. 14.*

*Vell. l. 2.
Epit. Libii.
l. 123.*

At Antonius, crescente amoris in Cleopatram incendio, & vitiorum, que semper facultatibus licentiaque & assentationibus aluntur, magnitudine, bellum Patriæ inferre constituit: cum ante novum se Liberum patrem appellasset, neque finito suo tempore, Triumviratus imperium deponeret, remissoque Octaviæ sorori Cæsaris repudio, filiis suis ex Cleopatra Philadelpho & Alexandro Egyptum, omnesque ad Euphratem provincias, pro regno attribui postularet.

*Dio l. 49.
& 50. Vell.
l. 2.*

Cæsar, subactis Dalmatis & Pannoniis, in urbem reversus, & oratione meditata, & per ipsam Antonii iniquitatem, incitat populum, ut summo studio Cleopatræ & Antonio bellum inferatur. Inito deinde ad Actium promontorium certamine, Cæsare tertium, & Messala Corvino Coss. omnia in Cæsaris partibus fuere, dux, remiges, milites; in

Antonii nihil præter milites. Et jam ante hinc ad Antonium nemo ferè: illinc ad Cæsarem quotidie aliqui interque eos Plancus, Dolabella Cn. Domitius, transfugebant. In ore atque oculis Antonianæ classis, per M. Agrippam Leucas, Patra, Corinthus, expugnata. Cum dubio aliquamdiu Marte conflixissent, prima occupat fugam Cleopatra: Antonius fugientis Reginæ, quam pugnantis militis sui, comes esse maluit; & imperator, qui in desertores se vivere debuerat, desertor exercitus sui factus est. Cum diu pro absente dimicassent duce, ægre summissis armis cessere victoriam: citiusque vitam veniamque Cæsar promisit, quam illis, ut ea precarentur, est persuasum. Fuitque in confesso, milites optimo imperatore, imperatorem fugacissimo exercitu dignum se præbuisse. Eadem fors locati in terra fuit exercitus, cum se Canidius Crassus præcipiti fuga rapuisset ad Antonium. Victoria fuit clementissima, nec quisquam interemptus, nisi ii, qui deprecari pro se non sustinerent. Proximo deinde anno, Cæsar persequutus reginam Antoniumque Alexandriam, magno quidem, sed frustraneo conatu bellum instaurantes, ultimam lanienis civilibus imposuit manum, cum Herodes Hircanum, in

Dio l. 50.

Olymp. 187.

Joseph. l. 15.

c. 5.

Joseph. l. 15.

Antiq. c. 9.

10.

Dio l. 51.

Epit. Libii.

l. 133. & 134.

Flor. l. 4.

c. 11.

occidisset oëtuagenarium, 10. Cæsaremque Rhodi accurata oratione sibi placasset; quem omnibus etiam opibus & copiis adjuvit in debellando Antonio, quemadmodum antea huic adversus Cæsarem strenuus adfuerat. Cæterum Antonii imperium, nullis verarum virtutum radicibus innixum, facili momento interit, ne ipsa quidem Cleopatra amasio suo illibatam præstante fidem. Quippe & munera Cæsari misit, & Pelusium de amore credula ipsi prodidit,

Dial. 52.

didit, transissetque in ejus lubens potestatem, nisi triumphum contumelias, superba mulier abhorrisset. Antonius classis defectione, peditumque clade, mox etiam equitum, ad ultimam rem desperationem actus, se ipse vulneravit, præcipue occisa Cleopatra falso rumore stimulatus, in cujus sinu, cum superstitem esse cognovisset, demens amore homo animam tandem exspirare voluit. Cæsaris Alexandria in potestatem redacta, Cleopatra cum se regnumque dedisset, frustratis custodibus, illata aspidem, morfu sane ejus libidinosum spiritum quasi somno reddidit. Cæsaris in urbem reversus, tres egit triumphos, Illyricum, navalem, & Egyptium, M. Lepidus Triumviri filius, conjuratione in Cæsaris caput facta, bellum moliens, C. Mæcenatis industria oppressus est, & malè consultorum pœnas exsolvit. Cæsar Octavianus, anno urbis conditæ DCCXXV. fini diffidiis civilibus imposito, post Cæsaris Julii & Pompeji concursiones vicefimo, omnibus provinciis in certam formam redactis, Augustus quoque cognominatus est, & mensi Sextili nomen, sicut Julius Quintili præbuit. Tunc sopitus ubique armorum furor, restituta vis legibus, judicii autoritas imperium magistratum ad certum redactum modum: reddiit cultus agris, sacris honos, securitas hominibus, certa cuique rerum suarum possessio, leges emendate utiliter, lata salubriter. Roma unius imperio parere cepit. Dalmatia XX. & CC. annis rebellis, ad certam confessionem pacata est imperii, Alpes feris multisque nationibus celebres perdomita. Hispaniæ nunc ipsius Cæsaris præsentia, nunc Agrippæ in tertium consulatum evecti Marte, post CC. annorum certamina sedata. Ab oriente quoque & rege Parthorum signa Romana, quæ Craf-

so oppresso Orodes, quæ Antonio Dio lib. 51. pulso filius ejus Phraates ceperant, Orof. l. 6. Augustus remissa sunt. Igitur Jani cap. 21. templum, pacis bellique signum, bis A. M. 3946. regnante Augusto clausum, semel Dio l. 52. post devictum Antonium, Ægyptio Lagidarum imperio post trecentos Tritem in ferè annos penitus everso: Et ite-compendio. rum, post debellatos Astures, Cantabros & Salassios, anno ante Christum natum XXI. cum Francus, Sicambrorum Rex in Germania, Gothos in Saxoniam irrupentes repressit, & nomen eis de se Francorum fecit. Ea mundi pace cælorum Domino quasi via parabatur, ut salutarem ejus adventum orbis terrarum quietis animis exciperet. Sed ut malis nihil us-Joseph. l. 25. quam quietum est, Herodes interea cap. 8. 11. subactis Arabibus, carissima & pulcherrimæ mulierum Mariamnes suspicatus insidias, indigna se ejus cæde polluit, eodemque metu percitus, Alexandria focrus suæ sanguine. Addidit è senioribus Judæorum non paucos delatos, quod Antigoni regis cognatos clam foverent. Tum exstructo Hierosolymis teatro, profani gentium mores in bæli in sanctum. Dei populum, quæ res plurium animos alienarunt. M. Vipsanius Agrippa Romæ exstruxit Partheon, jamque imperatoribus Julio Cæsari, & Augusto ipsi, detestandâ gentium adulatione, Ephesi, Nicææ, Pergami, Nicomediæ sana dicari cæpta, & ne quid Dio l. 51. impietati deesset: urbi Romæ, tanquam magna Diva litatum Ephesi; ut nec esset cordatus quisquam, quin novam terris lucem desideraret, Sybillinis etiam carminibus in illa tempora desinitam.

Itaque non erat in fati, ut Au. Ibid. Augustus, moderatissimus tunc princeps. Suet. Octavianum, imperium deponeret, licet de- Dio c. 28. eo sapius cogitaret, ne pax aurea Aurel. Epimeliorem tunc mundi partem irratome. dians, novis dissidiorum civilium, tempe-

tempestatibus obnubilaretur. Ille vero legibus solutus cultusque ingenti & ad superstitionem usque proventi populi studio, frumentum ei ex Aegypto, ducentis centena modium millia quotannis praebebat, provincias pacatas attribuit Reip. quo proconsules mitterentur, validiores aut rebellionis suspectas sibi sumit, per legatos gubernandas, eaque arte & imperii, & suae securitati, cum omnes solus miles teneret, consulit, Senatorum numerum, ejectionis, qui tanto indigni honore essent, ad sexcentos redegit, Pontificibus dedit negotium, ut libros Sibyllinos describerent, quos crematis reliquis fatidicis, solos habuit pretio, Vedii Pollionis, qui murenas damnatorum carne pascebat, aedes funditus evertit. Primus Romanorum praetorianos milites ad tutelam corporis sui aluit, adversus eos, qui publica malebant ruina proteri, quam sua, quique salva republica, salvi esse ipsi non poterant. Neque tamen plures, quam tres cohortes, in urbe esse passus est. Militibus, peractis stipendiis, praemia constituit: Praetorianis, qui sedecim annis meruissent, quinque drachmarum millia, reliquis post viginti annos tria: quo nomine militare ex hereditatum vicefimis constituit praerarium. Cumque antea quae in provinciis gerebantur, ad populum ferri oporteret, postea clam pleraque habuit, ideoque de accurata rerum noticia historiographis multum detraxit, fatente Dione libro quinquagesimo tertio. Quam carus acceptusque Romano populo Augustus, tam invisus Judaico Herodes fuit, maxime ob Graecorum introductas ineptias, & crudelia gladiatorum certamina. Quare continendis metu indigenis, Samariam ab Johanne Hyrcano dirutam instaurat cum templo, & Sebasten, id est, Augustam

nominat. Turrem Stratonis Caesarem: in Galilaea Gabalam, in Peraea Bethanionem munit, iisque in arcibus disponit praesidiarios, ut mobili vulgo omnem tumultuandi facultatem adimat. Ingruente deinde fame & pestilentia atroci, coemptum a Petronio, Aegypti praeside, frumentum largissime distribuit Judaeis indigentibus, duobusque efficacissimis ad compescendos homines vinculis, suppliciorum feveritate, & beneficiorum magnificentia, auctoritatem sibi firmat. Inde pro Mariamne occisa Simonis Boethi filiam, formam praestantem, thalamo applicat, novae socero donat Sacerdotium, ereptum Jesu Phabetis filio: & irritatos nova idololatria Judaeos, quod auctus imperio a Caesare, templum ei ad fontes Jordanis prope Panium aedificasset, remissa tertia tributorum parte, mitigat. Pollionis vero & Simeonis discipulos, in acta ejus nolentes jurare, quanquam complures alios, dispositis ubique speculatoribus, ad supplicia conquireret, non ausus occidere, Essenis etiam pepercit, ob Manahemi cujusdam fatidicam libertatem. Quin ut expiaret tot scelera, ob quae haud immerito bonis se invisum perspiciebat, Templum Dei Opt. Max. plusquam regio instaurare sumtu aggreditur, pleraque aedificia a fundamentis nova molitus, alia ornat, templumque longitudine centum cubitorum, altitudine CXX. facit, cingitque amplissimis portibus, & columnis prorsus admirandis. Tantum opus quum inchoasset anno regni XVIII. absolvit XXVIII. novem ante annis, quam Dei filius corporeum templum de virgineo sibi sanguine strueret. Fama est, nullis per id decennium pluvis opus interturbatum, nocturnis tantum imbribus madefactam terram, testante Deo, curae sibi esse sacerrimae habitatio-

Dio. lib. 53.

Sueton.

Orib. c. 31.

Dion. l. 54. 55.

Suet. c. 49.

Dio lib. 53.

Joseph. l. 15.

c. 11. 12. 13.

Joseph. l. 15.

cap. 14.

Lib. 1. de

bello Judaei-

co cap. 16.

A. M. 3953.

Joseph. l. 16. s. 4. 5. Dio l. 54. nis apparatus. Neque verò contentus Herodes, domi conciliaffe sibi Judæorum benevolentiam, apud M. Agrippam, Augusti generum, qui transmarini provincias curabat, ac tum Bosphori regnum Polemoni assignaverat, perficit, ut Judæis per Joniam constabiliret liberum patriæ religionis legumque usum, quo gentes Asiaticæ privare eos annitebantur.

Joseph. l. 16. Antiq. c. 10. Eandemque libertatem Asiaticis Judæis omnibus, ac Cyrenensibus Augustus ipse publico rescripto indulgit, sacramque pecuniam, ex veteri instituto Hierosolymam mitti, nemine prohibente, jussit, Olympiade 192.

Dio l. 48. Suet. c. 62. Joseph l. 16. e. 17. & 15. cap. 1. 1. de bello Judæi. c. 17. 18. 19. 20. At verò Augustus & Herodes, ambo publicè felices, domi ac privatim infelicissimi mortalium, nec indigni ea sortè visi, ob sapius & impudenter violatas sacri leges matrimonii. Etenim Herodes novem uxores habuit, Augustus tres repudio dimisit, alienam superinduxit Liviam, eamque, ut diximus, prægnantem: Scriboniam suam ipso partus die repudiavit. Herodes numerosa sobole miserior quam beator, duos à Mariamne procreatos, Alexandrum & Aristobulum filios, fortunæ regiæ in quam alebantur, capaces, quum calumniis sororis Salomes, & maximi natu Antipatri, patulas præbuisset aures, post inveteratum odium occidit: quibus tamen ipse postea designatum jam successorem, velut inferias misit Antipatrum, comperta ejus insigni malitia. Atque hoc pacto focerum Hyrcanum, Alexandram socrum, reginam Mariamnem, tresque insuper præcipuos filiorum, crudelis rex, crudelior gener, crudelissimus pater & maritus jugulavit; laudabilior sane futurus, si Augusti effectus amplexus moderationem, qui exilio contentus & abdicatione filix Julix, neptisque ac nepotis, ad sanguinem

Dio lib. 51. Suet. c. 63. usque scabire in proprios affectus non sustinuit, quantumvis manifestiori Maer. 2. bus eorum flagitiis & intemperantia. Ideo per jocum fectur dixisse, præstare Herodis porcum esse quam filium.

Sed interea dum ille in propria grassatur viscera, fusoque innocentium sanguine de suo pœnas pendit, misericors & Judæorum, & totius humanæ gentis DEUS, novam universo mundo lucem, magnumque & perenne gaudium intulit. Nam, ut antiquitus per vates suos promiserat, & recens per Gabrielum Angelum Zachariæ sacerdoti in templo, Mariæque virgini pietissimæ Nazarethæ denunciaverat, impleto fatali tempore, Filium proprium humanæ carne produxit in hanc lucem, Bethlehem in Judæa. Mater Maria, stirpis Davidicæ regia quondam, sed paupereula virgo, tantis dotibus, quantas humana capere mens potest prædita, tantum Dei opus ipsa vehementer obstupuit, gnaraque se virum nunquam passam, inaudito exemplo talem peperit filium, quem mox Angeli celebrabant, Magi ex Oriente profecti adorabant, Simeon qui supererat penè solus magni Synedrii Judex, publicè prædicabat, Hanna fatiloqua anus omnium Salvatorem asserbat. Herodes cognito & Magorum indicio, & sapientum præsertim Phariseorum, quorum sex millia in acta ejus jurare detrectabant, aliorumque piorum, quotquot erant Hierosolymæ, consensu, ut erat incredibili & insana regnandi cupiditate homo, tollendum novum, ut appellabatur, regem statuit. Ideoque ne evadere ullo modo posset, omnes infra bimatam infantes, qui circa Bethlehem & Hierosolymam reperiebantur, occidit, scilicet quasi fati præcludere viam miseris mortalibus liceret. Nihil enim effectum cruento

Luc. c. 1. & 2. Matth. c. 2. & 2.

A. M. 3969. A. M. 3970.

Annus à nazarethæ denunciaverat, impleto fatali tempore, Filium proprium humanæ carne produxit in hanc lucem, Bethlehem in Judæa. Mater Maria, stirpis Davidicæ regia quondam, sed paupereula virgo, tantis dotibus, quantas humana capere mens potest prædita, tantum Dei opus ipsa vehementer obstupuit, gnaraque se virum nunquam passam, inaudito exemplo talem peperit filium, quem mox Angeli celebrabant, Magi ex Oriente profecti adorabant, Simeon qui supererat penè solus magni Synedrii Judex, publicè prædicabat, Hanna fatiloqua anus omnium Salvatorem asserbat.

Herodes cognito & Magorum indicio, & sapientum præsertim Phariseorum, quorum sex millia in acta ejus jurare detrectabant, aliorumque piorum, quotquot erant Hierosolymæ, consensu, ut erat incredibili & insana regnandi cupiditate homo, tollendum novum, ut appellabatur, regem statuit. Ideoque ne evadere ullo modo posset, omnes infra bimatam infantes, qui circa Bethlehem & Hierosolymam reperiebantur, occidit, scilicet quasi fati præcludere viam miseris mortalibus liceret.

Nihil enim effectum cruento

edicto

edicto

edicto

edicto

edicto

edicto

edicto

edicto est, Deo puerulum per matrem, destinatumque ei maritum, in Ægyptum transferente, ubi aleretur, donec Herodes sanguinolentiam animam divino iudicio daret. Id quod vertente anno factum. Diuturna enim & immani ægritudine conflatus, verminante & putrescente, adhuc vivo corpore, cum sæpius irritare sua manu mortem cupiens; à suis prohiberetur, tandem inter ipsas

Joseph. l. 17. c. 8. 9. 10. & lib. 1. de bello Judaico cap. 21.

novæ crudelitatis machinationes perit, annò ætatis LXX. regni XXXIV. cum ante quinq; dies scelestissimum filiorum Antipatrum occidisset. Augustus eum, post Agrippam generum, in præcipuo honore habuerat eximiis ejus cultus officii & donis. Is regnavit post mortem Herodis annos XLV. & per Tiberium Nerone & Drusum Germanicum privignos, res magnas in Germania, Rhetica, Pannonia, Dalmatiaq; gessit. Defuncto enim M. Agrippa, Tiberiam] potestatis Tribunitia fecit consortem, qui tamen orientem Caji & Lucii, Nepotum Augusti, fulgorem veritus, petito ab Casare & Li-

Sueton. Tiber. c. 9. 10. Vellej. l. 2.

via Augusta comiteatu, secessit Rhodum, dissimulatis causis consilii. Ubi octo annis demoratus, Cajo & Lucio jam admotis Reipublicæ, delendi contemptus gratia Romam rediit. Antea Rhetos Vindelicosque, gentes locis tutissimas, numero frequentes, feritate truces, adjutus à fratre Claudio Druso, perdomuerat, continentisque in officio, coloniam Augustam Vindelicorum imposuerat. Inde Drusum magna ex parte dominatorem Germaniæ, plurimo ejus gentis variis in locis profuso sanguine, Consulem agentem annū tricesimū, fracti cruris dolor rapuit. Moles ejus belli translata in Tiberium est, qui in formam stipendiariæ penè provinciæ eam redegit, & XL. millia deditiorū juxta ripam Rheni collocavit. At C.

Epit. Libii lib. 140. Dio l. 54. 55.

Cæsar nepos Augusti è Julia, in Armenia graviter à quodā vulneratus, ex eo ut corpus minus habile, ita animum minus utilem Reipubl. habere cepit. Nec defuit conversatio hominum, vitia ejus assentatione alentium, ut semper magnæ fortunæ comes est adulatio. Per quæ eo ductus erat, ut in ultimo orbis propè angulo confenscere, quam Romam regredi mallet.

Diu reluctatus, invitatusque revertens in Italiam, in urbe Lyciæ (Limyram nominant) morbo obiit, cum ante

Sueton. Tiber. 15. & Oros. cap. 65.

sesquiannum Lucius frater ejus, Hispanias petens, Massylia discessisset. Igitur Tiberius ab Augusto adoptatur, simul cum Caji & Lucii fratre, M. Agrippa: coactus prius ipse Germanicum, fratris sui Drusi filium, adoptare. Nihilque ex eo tempore prætermisum est, ad majestatem Tiberii augendam: ac multo magis, postquam Agrippa propter maternos amores abdicato atq; deposito, certum erat unam spem successiorum incumbere. Missus in Germaniam fre-

Vellej. lib. 20. Dio lib. 55.

git Longobardos & ad quadringentesimum milliarium, à Rheno usque ad flumen Albi, qui è Vandalicis oriens montibus, Senonum, Hermundurorumq; fines præterfluit, perduxit exercitum. Classis quoque, ab inaudito, atque incognito ante mari flumine Albi revecta, cum abundantissima rerum omnium copia Tiberio se Casari junxit. Restabat Marcomannorum gens, ejusque dux Maroboduus, Bojohemum regionem incolens, Germaniam ad lævam, Pannoniam ad dexteram, à tergo Noricos habens, cum quo bellum orsus Tiberius, Pannoniæ Dalmatiæque rebellione avocatus est. Oppressi cives Romani, trucidati negotiatores, occupata Macedonia, omnia & in omnibus locis igne erant vastata & ferro. Tiberius necessaria gloriose præponenda atq; contraxit in una castra

fra X. legiones, LXX. amplius cohortes ultra decem veteranorum millia, ad hoc magnum voluntariorum numerum, equitatum Rhimetalcis regis Thraciæ: tantum denique exercitum, quantus nullo unquam loco post bella fuerat civilia. Hunc cum universonem nemo auderet aggredi partesque digredientes, finium metu universi tentare non possent, hyems patrati belli emolumentum attulit. Nam in sequenti ætate omnis Pannonia, reliquis totius belli in Dalmatia manentibus pacem petiit. Daorisi & Desfiriates Dalmatæ tum demum pacati sunt, cum penè funditus everfi forent. Ibi nunquam adeo ulla oportuna visa est victoria occasio, ait Vellejus, quam damnnum amisisti pensaret militia, semperque visum est gloriosum Tiberio, quod esset tutissimum, & ante conscientia quam fama consultum: nec unquam consilia ducis iudicio exercitus, sed exercitus providentia ducis relictus est.

Tantum quod ultimam imposuerat Pannonico ac Dalmatico bello manum Tiberius, cum funeste venerunt ex Germania epistolæ casti Quintilii Vari, trucidatarumque legionum trium, totidemque alarum & sex cohortium. Quintilius enim Varus, qui quondam pauper divitem ingressus Syriam, pauperem à se reliquerat, iisdem tunc moribus Germaniam administrando, provinciam eam facere voluerat. Germani saviora armis jura conspicati duce Arminio, juvene animo etiam, quam gente nobiliore, enses resumunt, segnitia Vari in occasionem libertatis usuri, reputantesque neminem celerius opprimi, quam qui nihil timeret, & frequentissimum initium calamitatis esse securitatem. Tanta erat Varo pacis fiducia, ut ne prædicta quidem & prodita per se gestem, unum principum, conjuratione commoveretur.

Itaque improvidum, & ad tribunal reos citantem, undique invadunt castra rapiunt, tres legiones opprimunt Romanos ita more pecudum trucidant, ut consternatus clade Augustus excubias per urbem indiceret, barbaque & capillo summisso, caput interdum foribus illideret, vociferans: *Quintil. Vare legiones reddere Varus perditas res pernicie est sua sequutus.* Patroni cujusdam caufarum recisam linguam in manu tenens miles Germanus: *Tandem*, inquit, *vispera sibilare desine.* Ea victoria Romani ad Rheni fluminis ripam summoti, Tiberius deinde terrore Arminio, ultra Rhenum penetravit interius, vastavit agros, usit domos, fudit obvios. Tandem Augustus, cum Germanicum nepotem suum, Drusi filium, in Germaniam misisset, Tiberiumque destinaret in Illyricum ad firmanda pace, quæ bello subegerat, prosequens eum processit in Campaniam, digressusque ab eo Beneventi, Nolam petiit, ingravescente indies valetudine. Ibi revocatum ex itinere Tiberium diu sermone detinuit secreto & amicos admissos percunctatus, ecquid iis videtur minimum vite commode transigisse, plausum postulavit, dictoque conjugi Livie vale, ex sicibus, ut die 19 Augusti quidam volunt, veneno ab ipsa infectis obiit, septuagesimo & sexto ætatis anno, Pompejo & Apulejo Coss. imperii LVII. post victoriam Actiacam XLIV.

Nulli Augustorum diuturnius imperium contigit, nulli Christum ignorantium moderatius. Nullo tempore ante eum res Romana magis floruit. Adjecit imperio Egyptum, Pannoniam, Aquitaniam, Rhetiam, Vindelicos, omnes Ponti maritimas civitates.

Vicit præliis Dacos, & Germanorum ingentes copias Armeniam à

Vell. l. 2.
Flor. l. 4.
c. ult.

A. M. 3980.

Suet. Octa.
v. c. 25.
Dio l. 56.

Suet. Octa.
v. c. 98. 99.

Joseph. l. 2.
de bello c. 8.
& antiq. 13.
c. 3. Dio l. 56
A. M. 3985.
C. V. 766.
die 19 Aug.
Eutro. l. 7.
Flor. l. 4.
c. 12.

Parthis recepit: Obsides, quod nulli antea, Parthi dederunt. Scythæ & Indi, quibus nomen antea Romanorum incognitum erat, munera & legatos misere. Galatia quoque sub eo provincia facta est, cum antea regnum fuisset, primusque eam M. Lollius administravit. *Levis emolumentum causa bellum moventes, aureo piscari hamo dixit. Nihil minus in perfecto duce, quam festinationem temeritatemque convenire arbitratur,*

Sueton. c. 25 crebro illa jactans: *Festina lente, & sat cito, si sat bene.* Urbem inundationibus incendiisque, obnoxiam excoluit adeo, ut jure se gloriaris, marmoream se relinquere, quam lateritiam accepisset. Palatinæ domui, in qua habitabat, porticum addidit cum bibliotheca Latina Græcæque. Adversus incendia excubias nocturnas vigilisque commentus est: ipse jus dixit assidue, & in noctem nonnunquam.

33. Nec fuit provincia, excepta Africa & Sardinia, quam non adierit. Italiam duodeciginta coloniarum numero ab se deductarum, frequentavit. Domini appellationem, ut maledictum & opprobrium, semper exhorruit. Sparfos de se famosos libellos, nec expavit, & magna cura redarguit. *Amicos ita magnos & potentes in civitate esse voluit, ut tamen pari jure essent, quo ceteri, legibusque judicariis æq. tenerentur.* C. Mæcenas non minus ei Agrippæ carus, sublimium honorum contemptor, tantæ apud Augustum fiduciæ fuit, ut multos damnantem, cum præ turba accedere non posset, scheda increparet, cui inscripserat; Surge tandem carnifex. Paruitque imperator, & amici admavit libertatem; Livia etiam monente, ut mallet clementia vincere insidiatores, quam poenis, Cn. Corneliū necem ei machinatū, consulem creavit. *Neq. enim facile admisit amicitias, & admissas constantissime retinuit.*

Veste non temere alia, quam domestica usus est, ab uxore, & sorore, & filia nepibusque confecta. Cœnæ trinis ferculis, aut cum abundantissime, senis præbebat. Vini quoque natura parcissimus, legibus sumptuariis luxum populi castigavit. Eloquentiam studique liberalia ab ætate prima, & cupide & laboriosissime exercuit. Ac ne periculum memoriæ adiret, aut in ediscendo tempus absumeret, instituit recitare omnia. Hortationes ad Philosophiam **cap. 84.** scripsit, præcipuamque duxit curam, *sensum animi quam apertissime exprimere. Cæcoselos & antiquarios, ut diverso genere vitiosos pari fastidio sprebit. Ingenia sui seculi omnibus modis fovit.* Componi tamen aliquid de se, nisi serio, & à præstantissimis offendeatur. In *volendis utriusque cap. 85.* lingua autoribus; nihil æque sectabatur, quam præcepta & exempla, publice vel privatim salubria; eaq; ad verbum excerpta, aut ad domesticos, aut exercitum provinciarumque rectores, aut ad urbis magistratus pleurumque mittebat, prout quique monitione indigerent. Etiam libros totos, & senatui recitavit, & populo notos per edictum sæpe fecit: ut orationes Q. Metelli de prole agenda, **Dio l. 59.** & Rutilii de modo ædificiorum; quo **Suet. c. 107.** magis persuaderet, utramque rem non à se primo animadversam, sed antiquis jam tum curæ fuisse. Reliquit & breviarium totius imperii, quantum militum ubique sub signis esset, quantum pecuniæ in ætario & fideis, & vestigalium residuis.

Ceremoniarum sicut veteres & **cap. 93.** præceptas reverentissime coluit, ita ceteras contemptus habuit. M. Agrippa ejus gener etiam Jerosolymis Hecatomben fecit. Cajum tamen collaudatum scribit Suetonius ab Augusto, quod Judæam prætere-hens, non supplicasset apud Hierosolymam,

Dio. l. 55.

Suet. Octa-

bio. c. 66.

Suet. c. 74.

77.

Iymam. Sed illi cum breve ævum obrigisset, Augustus ad Pythiam misit, interrogatum, cui post se fata darent imperium. Respondit Apollo, referente Suida in Augusto:

Suides in Augusto.
Cedrenus in Synopsi hist.

Παῖς ἰσραὴλ καὶ ἄλλοι οἱ παῖδες μακαριστοὶ ἀνάσσει
Τόδε δῖμος σπολαπῆν, καὶ ἄλλη κούδης
ἰκιδία.

Δοκίμῃ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ ἐν βασιλῶν ἡμετέρων.

Quæ sic utcunque vertimus:
Hebræus puer injungit, Divum dominator,

Hæcce domo fugere, Et rursum me inferna subire.

Ergo tacens aris posthac discedito nostris.

Accepto oraculo, Augustus in Capitolio aram dicitur statuisse primogenito DEO. Hæc in literas relata à Suida, Nicephoro, atque ut è Cedreno apparet, ab ipso Eusebio, quibusdam nostri seculi doctis parum credantur. Attamen ex eo tempore & Delphicus iste Damon jam pridem minus verax, teste Cicerone, & alii passim conticuerunt, unde Plutarchus, Juvenalis, & alii scriptores gentium, caligine futuri damnatum scripserunt genus humanum, & scrupulose in causas inquisiverunt, ob quas cessasse aut variasse viderentur oracula. Sed oriente luce JESU CHRISTO rectores tenebrarum se protipere jubebantur. Idem Augustus tonitrua & fulgura paulo infirmius expavescebat, per nocturnum iter aliquando transursu fulguris consternatus. Auspicia quædam & omina, communi errore gentium, pro certissimis observabat.

Cap. 69. 71. Prima Juventa variorum dedecore infamiam subiit. Adulteria etiam exercuisse, ne amici quidem negantur Judæos, excusantes scilicet ratione

commissa: quo facilius consilia adversariorum per cujusque mulieres exquireret. Et circa virginum libidines postea hæsisse ferunt, quæ sibi undique etiam ab uxore conquirentur. Tam difficile fuit vel sobrio principi, summa fortuna blanditiis non succumbere. Imperio ejus maximum adjecti decus, natus anno illius XLII. Jesus Christus abhinc annis MDCXXX. Herodis penè extremo, omnibus omnium gentiùm regibus sapientibusq; magnitudine sua inducturus caliginem, aur potius, si velint, adducturus lucem. Qui LVII. Augusto annos tribuente imperii, ut necesse est, XLII. anno Christum ortum, qui LVI. ut Tertullianus, Clemens, & alii, XLI. ajunt, Procurabat tunc Syriam P. Sulpitius Quirinus, rector datus C. Cæsari Armeniã obtinenti, & Tiberium quoque Rhodiã gentem colens, ut ait Tacitus Annalium tertio. Hic & remissus postea in provinciam est, ad confiscanda bona Archelai, qui ex testamento successerat Herodi, Ethnarcha appellatus Judææ, Idumææ & Samaritæ. Herodes enim Antipas, frater ejus, obtinebat Galileam, & Peræam, qui ambo nati erant matre Marthæ Samaritana. Philippus autem Tetrarcha Batanææ & Trachonitidis, aliusque Herodes è Cleopatra Hierosolymitide erant geniti. Archelaum statim tumultus excepit Judæorum, ad ferias Paschales pro more patrio conventiũ. Postularunt enim ad supplicium eos, qui Herodi in puniendis Juda & Matthia legis peritis operam suam commodassent: missumque ad comprimendos eos tribunum lapidibus vulnerarunt. Quamobrem Archelaus, immisso exercitu, ad tria eorum millia trucidavit, reliquosq; fuga disjecit. Eo deinde Romam profecto, ut confirmationem domini ab Augusto impetraret, Sabinus procurator,

Cassiodorus Chronico.
Clemens Alexandr. Strom. 1. Euseb. Chron. & Hist. Eccles. 1. c. 5.

Tacitus Annal. 3. c. 48.
A. M. 3978.
Euseb. Chron. Joseph. 1. 1. de bello c. 18. 21. l. 18. antiq. c. 12. 13.

Joseph. 1. 2. de bello c. 2. 3. & 18. antiq. c. 12.

rator, pecuniis inhians sacris & religiis, occasionem aperta seditioni atulit, exortique sunt reguli, Judas, Simon, Anthronges, alique, prætextu libertatis tyrannidem captantes. Nec sine plurima cæde ac sanguine sedati motus sunt. Quintilio Varo, quem post in Germania occubuisse diximus tres legiones, Arabumque auxilia in Judæam rapiente. Is uno crucis supplicio duo millia rebellantium ablumfit. Judæorum Legati 50. Romam profecti, stiparique plusquam octo millibus gentilium suorum urbem Romanam incolentium, perierunt ab Augusto, ut amoto Archelao, provinciæ Syriæ attribueret Judæam, juberetque gentem patriis legibus & magistratibus, sub præside Romano vivere. Sed nihil impetratum, exacto jam tempore libertatis, & exhibitio, quem oracula destinaverant, *Messia*, qui tunc puer ex *Ægypto* in Judæam, moxque

Matth. c. 2. in Galilæam reportatus, Patris æterni
Luc. c. 2. jussu, anno ætatis duodecimo *tem-*
A. M. 3982. plum patris sui domum esse asseruit,
Joseph. l. 17. & cum summis patriæ doctoribus tri-
c. ult. duum, maximo omnium cum stupore, disputavit. Anno ejus undecimo Archelaus à Judæis Samaritisque delatus, quod iniqui & crudeliter præfisset imperio, ab Augusto Viennam Galiliæ relegatus est, opibus ejus fisco illatis per *Quirinum*, censum tunc agentem per Syriam, qui & Judæam exinde Romanorum provinciam constituit Per eos dies Judas Galilæus, Pharisæis, & Sadducæis, Esenisque quartam Judæorum adjecit sectam, cui religio fuit dominum quenquam nisi solum Deum dicere, suctumque pro libertate asserenda mortem nullam detrectare; laudabile quidem Judæ institutum, sive legitima potestate præditus patriæ dignitatem defendere allaborasset, *vel libertatem mentis & conscientia soli Deo devotam;*

Lib. 2. de bello c. 67.
Diol. 55.
pag. 386.
Joseph. l. 18.
antiq. c. 3.

ab externa corporum fortuna discernere didicisset. Sub Herode defecit & legitima summorum sacerdotum series, qui cum antea filii parentibus, fratresve fratribus, non nisi defunctis, successissent; Tyrannus iste primus arbitrii sui fecit adinere honores sacros vivis, & innocentibus, eosque in alios transferre. Id quod deinde Archelaus, & post eum præfides Syriæ imitati sunt. Venerat nimirum sacerdos æternus, mox finem impositurus Leviticis sacris & sacerdotio. Interim ut pax, ita togatæ pacis artes sub Augusto imprimis florere.

Laudantur ejus ætatis *Philosophi*, *Sueton. O. Athenodorus Stoicus*, *Sotion Pythagoreus*, *Nigidius Figulus*, *Thrasylus Mathematicus*, *M. Terentius Varro* in omni literatura versatissimus, *Oratores* *Munatius Plancus*, qui Lugdunum prædidit Gallia, *Messala Corvinus* præditus urbis primus, & alii complures.

Poete Latinorum præcipui, *P. Virgilius Maro*, *Q. Horatius Flaccus*, *Val. Catullus*, *Cornelius Gallus Æmylius Macer*, *P. Ovidius Naso*, *Albius Tibullus*, *Sextus Aurelius Propertius*, *Publius Mimographus*. Nec minores *Historiographi*, *Titus Livius Patavinus*, *Cornelius Nepos*, *Crispus Sallustius*, *Nicolaus Damascenus*; *Dionysius Halicarnassæus*, *Strabo Cappadox*, *C. Julius Hyginus Polyhistor*. *M. Verrius Flaccus*, *Asconius Padianus*, *Grammatici*.

Sed quantum cælestis, sapientia *Lucas & naturalis*, tantum istos *Simeon & Matthæus* *Hanna* vates, *Zacharias*, *Sacerdos*, *Evangelio-* *Maria virgo & Elisabetha matrona, graphi.* vera sanctitatis & eruditionis laude præcellerunt.

TIBERIUS CLAUDIUS

NERO, CÆSAR.

A. M. 3985.
An. Chr. 16.
Tiberius *Liviæ* filius, *Octaviani* privignus, *Agrippinam* *Attici*,
Olymp. 188.
ad

Periodi ad quem Ciceronis Epistola sunt, neptem, ex qua Drusum filium habebat, repudiavit inuitus, Juliamque Augusti filiam duxit. Julia deinde ab Augusto relegata, per epistolas exorare filiae patrem, quantum in se esset, officii duxit: sed imperium nactus inedia eam exstinxit. Mortuis Augusti nepotibus vel abdicatis, solus in speciem successionis allectus est, sic tamen, ut Germanicum Drusi filium, fratris sui, adoptaret. Bienio ante obitum Augusti, lege per consules lata, provincias communiter cum eo administrare cepit. Excessum Augusti non prius palam fecit, quam Agrippa iuvene, qui solus de nepotibus ejus supererat, interempto. Et tamen recusare ausus diu principatum, adhortantesque amicos increpare, ut ignaros quanta bellua esset imperium, impudentissima

Sextus Aurelius Epit. de simulatione, vera quidem, sed fallax vita Imper. ci animo dicens, ut quid singuli senatorum sentirent, callide exploraret: Quæ res bonos quosque pessumdedit. Estimantes enim ex sua eum ingenuitate, cum sententias quasi ad ejus voluntatem promunt, incessere exitia postrema. Hic, quia Tiber. Claudius Nero dicebatur, elegantijoco à quibusdam *Biberius Caldius Mero* ob vinolentiam nominatus est. Satis prudens in armis, satisque fortunatus ante sumptum imperium, dignusque principatu Augusto visus

Sueton. Tiber. cap. 21. Dio lib. 57. est: cujus tamen vox excepta: *Miserum populum Romanum, qui sub tantis lentis maxillis erit.* Inerat ipsi scientia literarum multa: sed ingenio erat pessimo, truci, avaro, *insidiosus, simulans ea se velle quæ nolle:* his quasi infensus quibus consultum cupiebat, his vero, quos oderat, quasi benignus apparens. Repentinis consiliis & responsonibus melior, quam meditatit. Exercitus in Germania summa vi Germanicum, qui tum iis

præerat, ad capeffendam Remp. perurgebant, quanquam obfirmatè resistentem. Quem maxime casum *Tiber. Sueton. Tiber. cap. 25. 28-30. 31. Dio lib. 37.* ret, suscepturum in Republ. simulavit. Finxit & valetudinem, quo a quoque maiore animo Germanicus vel successione celerem, vel certe societatem principatus opperiretur.

Inter initia civilem ad modum; ac paulo minus quam privatum egit, prænomen imperatoris, cognomenque patris patriæ, recusavit. Adversus convitia malosque rumores firmus ac patiens, subinde jactabat: *in civitate libera linguam mentemque liberam esse debere.* Neque tam parvum quidquam, neque tam magnum fuit, de quo non ad P. C. referret. Quædam adversus sententiam suam decerni, ne questus quidem est. Præsidibus onerandas tributo provincias, suadentibus rescriptis; *boni pauperis esse tondere pecus non deglubere.* Paulatim principem exercuit, præstititque, etli varium diu, commodiorem tamen sepius, & ad utilitates publicas proniorem. Ac primo eatenus interveniebat, ne quid perperam fieret. Si quem eorum elabi gratia, rumor esset, subitus oderat. Matronas prostrata pudicitia, quibus accusator publicus deesset, ut propinqui more majorum, & communi sententia coercerent, auter fuit. Imprimis tuenda pacis à grassantibus & latrociniiis, seditionumque licentia, curam habuit. Abolevit aut jus moremque asylorum, quæ usquam erant, aut modum iis præscripsit. Hostiles motus, nulla per se expeditione suscepta, per legatos compescuit: ne per eos quidem nisi cunctanter & necessario. Reges infestos comminationibus magis & querelis, quam vi represit.

Legata Augusti cum ferius populo exsolveret, irritatus est à scurra quodam, *Dio l. 57. Suet. c. 17.*

dam, qui prætereunte funere, elata voce mortuo mandarat, ut nuntiaret Augusto, nondam reddi legata, quæ plebi reliquisset. Eum attractum ad se recipere debitum, ducique ad supplicium imperavit & patri suo verum referre.

Dio l. 57.

Tacit. Ann.

lib. 2. c. 41.

Archelaum Cappadociæ regem. Cujus filia Glaphyra Archelao Herodis filio nupta tertium fuerat) evocatum Romam, ob neglecta quædam officia, interemisset, nisi senex popularis & podagricus testem subornasset, qui se ex eo audisse fingeret, ostendere velle Archelaum Tiberio, quum primum in regnum revertisset, quales nervos haberet. Id tanquam delirii nota acceptum, servavit tunc quidem Archelaum: sed tamen paulo post defuncti regnum Tiberius provinciæ formâ induit.

Tacitus l. 2.

Annal.

A. M. 3988.

Eodem anno (erat quartus Tiberii) C. Cælio, L. Sempronio Coss. Germanicus Caesar Drusi Filius triumphavit de Cherusis, Cattiis, & Angribus, quæque aliæ nationes inter Rhenum & Albim colunt. Bellum quia conficere prohibitum erat, profecto accipiebatur.

Vacui abinde externo metu Germani arma in se verterunt. Suevæ gentes, Semnones ac Longobardi defecere à Maroboduo ad Arminium, pro libertate bellantem. Maroboduus prælio perculsus in Marcomannos concessit, Tiberiiq; auxilia exoravit. Miſus Drusus Cæs. filius, urbano luxu lasciviens, ut suæceret militiæ, pacemque firmaret. *Collapsus & ver-*

Pbleg. Mir. remotu duodecim Asiæ urbes, inter quas Magnesiâ, Philadelphiam, Apolloniam, publico sumptu refovit.

Anno eod.

Joseph. l. 18.

cap. 3.

Sueton. in

Cajo Calig.

cap. 1. 2. 3.

A. M. 3990.

Germanicus in Orientem profectus, ut Vononem Parthis regem redderet, pulsus ab Artabano, parum profectus: Zenonem Polemonis regis Pontici filium, Armeniis volentibus impoſuit. Nec multo post *extinguitur*

Antiochiæ, ingenti luſu Syria & circumjacentium populorum. Tanta illi comitas in socios, mansuetudo in hostes: *Cum magnitudinem & gravitatem summa fortuna retineret, invidiam & arrogantiam effugerat.* Ejus cædis per beneficia procuratoræ reus Piso semet Romæ interemit, frustra Livix Augustæ favore subnixus, cuius occulto jussu facinus patrasset dicebatur.

Dio l. 57.

Tacit. l. 2. c.

3. Annal.

Dio. lib. 57.

Tac. l. 2.

c. 88.

Eo tempore Jani simulacrum Romæ concidit, alio, eoque vero belli & pacis Domino, Jesu Christo, annum ætatis viciesimum primum ingresso. Tiberius librorum Sibyllinorum alios mendacii coarguit, aliis auctoritatem suam reliquit.

Suet. Tib.

cap. 36.

Joseph. l. 18

cap. 4. 5.

Ægyptias religiones ob sacerdotum Iſidis lenocinium; Judaicas ob interceptas pecunias, à Saturnini conjugæ Hierosolymam missas, urbe expulit. Judæos aut in graviore cæli insulas amandavit, aut affectis suppliciiis. Adgandestrio Arminii promittente mortem, si venenum mitteretur, respondit, non fraude, neque occultis, sed palam & armatum populum Romanum hostes suos ulcisci. Ceterum

Anno eod.

Arminius pulso Maroboduo, regnum & ipse affectans, libertatem popularium adversam habuit, petitusque armis, cum varia fortuna certaret, dolo propinquorum cecidit. Liberator baud dubiè Germaniæ, qui florentissimum Roman. imperium lacerasset, præliis ambiguus, bello non victus, Græcorum annalibus ignotus, qui sua tantum mirantur, dicente Tacito, nec Romanis perinde celebris, vetera extollentibus, recentium incuriosis.

Tiberius sublato de Germanico metu, firmataque potentia, nudavit animum, mæſtamque vigilantiam & malas curas pridem exercitas in lucem protulit: qua tempeſtate continuata Valerii Graci, præſidis Palæ-

ſtina

stinæ avaritia, dejecti ordine iv. Pontifices Judæorum, Annas, Ismaël, Eleazarus, Simon, successitque in summum sacerdotium Judæorum Josephus, cognomento Cajaphas, haud ab similibus Tiberio sevitia.

Tacitus l. 3.
S. 4. annal.

At Tib. Caesar nactus simillimum suis moribus ministrum *L. Ælium Sejanum*, exolectum istius Apicii, qui luxu omnes mortales superavit, veritusque famem, cum adhuc possideret 2500000. semetipsum perdidit; Hunc inquam nactus, ad summos honores extulit, scilicet ut homo nequissimus, ex alto graviolem deinde ruinam duceret.

Illo reis subornante accusatores, varii majestatis crimine circumventi periere, prono ad vindicandas quasvis principis injurias senatu, nec primoribus tantum civitatis claritudinem suam quibuscunque protegentibus obsequiis, sed & consularibus plenisque certatim fœda & nimia censentibus. Unde memorie proditum, Tiberium quoties curia egrederetur, dicere solitum, *ô homines ad servitutem paratos*: addidisse & rescriptum, ne quis damnatorum intra decimum diem occideretur, ut posset etiam absens de servilis senatus sententiis cognoscere.

Inde Galba & Haterio Agrippa Coss. potestatem tribunitiam Druso filio petit, modestum summi fastigii nomen, repertum ab Augusto, ne regis aut Dictatoris titulum sumeret, ac tamen aliqua appellatione cetera imperia præmiseret. Drusus animo commotior, orto fortijurgio, intendit Sejano manus, & contra tendentis os verberavit. Sejanus, ultioni intentus, Liviam uxorem ejus adulterio pellicit, primique flagitii potius *feminam nihil, amissa pudicitia, abnuentem*, ad consortium regni, ad spem conjugii, ad necem mariti impellit. Tantum ille ausus,

Tacitus l. 4.
Dio. l. 57.

cum Italiam utroque mari duæ classes: Rhenum, commune in Germanos Gallosque robur, octo legiones tuerentur: Hispaniæ recens perdomitæ tribus haberentur: Mauros teneret Juba, cætera Africa duæ legiones, parque numerus Ægyptum infiderent: Cum quantum ab Syria usque ad flu. Euphratem ambitur, quatuor legionibus coërceretur, accolis Hybero Albanoque, & aliis regibus, qui magnitudine Romana protegebantur: Cum Thraciam Rhemetaces & liberi Cotyis, ripamque Danubii duæ legiones in Pannonia, duæ in Mœsia attinerent: totidem apud Dalmatiam locatis, quæ postu regionis à tergo illis, ac si repentinum auxilium Italia posceret, haud procul accirentur: Quamquam infideret ipsam urbem proprius miles, tres urbanae, novem prætoriarum cohortes: *Tiberii filius, isque unicus, dato veneno consumitur.* Quodque magis supra fidem, facinus octo annis latuit. Ferox hinc scelus Sejanus, quia prima provenerant, volutare secum, quomodo liberos Germanici perverteret, quorum non dubia successio. Impenetrabili Agrippinæ pudicitia calumniis eam tresque filios petit, Silium, ante amicum eorum, ficto majestatis crimine, subvertit: Junio Blaeso avunculo suo, licet nondum victo Tacfarinate, qui adjutus à rege Garamantum Africam raptabat, triumphalia impetrat ornamenta, quæ P. Dolabellæ, ad mortem licet adigenti hostem, denegabantur. *Delatores, genus hominum publico exitio repertum*, vixque pœnis satis coërcitum per præmia eliciuntur. Q. Vibium Serenum de structis principi infidiis accusat filius, exterritusque licet vulgi minis, exsequi tamen accusationem adigitur. Postulatur & Cremutius Cordus, quod editis analibus, laudatoque M. Bruto, C.

A.M. 3994

Cassium Romanorum ultimum scripserit, Is vitam abstinentia finivit, libri per ædiles cremati tunc quidem, sed manserunt occulti & editi.

Dio. l. 57. Quo magis scordiam eorum irridere libet: qui presentis potentia credunt extinguere posse etiam sequentis ævi memoriam, cum contra punitis ingenia gliscere auctoritas soleat.

Contusis interea Thracum gentibus à Poppæo Sabino, eod quod validissimum quemque militia Romanæ dare aspernabantur, Sejanus Livie matrimonio exclusus à Tiberio, ad vitam eum, procul Româ, amœnis locis degendam instigat, ratus sua in manu aditus, literarumque arbitria fore: cum per milites commearent. Agrippinâ per speciem amicitia monet, paratum ei venenum, vitandas soceri cupulas. Illa simulationum nescia, apposita à Tiberio poma, intacta ore, servis transmittit, vocemque Tiberio elicit, non mirum, si quid severius in eam statuat, a qua beneficii insimuletur. Hinc specie dedicandi templum apud Capuam Jovi, apud Nolam Augusto, in Campaniam secedit, certus procul urbe degere, tum ut savitiam ac libidinem, cum factis promeret, locis occultaret, tum quod matrem dominationis sociam aspernaretur, quam depellere non poterat, quod dominationem ipsam donû ejus accepisset, idque exprobraret illa & reposceret: tum denique ut terribiliorem ex longinquo redderet ma-

Sueton. Tiber. c. 40. 41. Igestatem. Igitur inclusit se Capreis insula, statimque revocante populo propter cladem, qua apud Fidenas ad L. hominum millia, gladiatorio munere amphitheatri ruina perierant, transit quidem in continentem, postestatemque sui adeundi fecit: Sed paulo post regressus in insulam, undecim per annos patria libens caruit, non tribunos militum, non provinciarum præfides mutavit, Hispaniam

& Syriam per aliquot annos, sine consularibus legatis habuit: Armeniam ab Artabano Partho occupari: Mæsiam à Dacis Sarmatisque: Gallias à Germanis vastari neglexit, magno dedecore imperii, nec minori discrimine.

Ibi verò secreti licentiam nactus, cuncta simul vitia male diu dissimulata profudit, eaque flagravat infamia, vix ut referri audirive nedum credi fas sit. Manebat, præter infandas libidines, suspitionum & credendi temeritas, quam Sejanus augere etiam in urbe fuctus, acrius turbabat. Subversus primum Titius Sabinus, ob cultum Agrippinæ liberorumque e-

Dio. lib. 57. Jus. Dispositis in cubiculo observatoribus, elicit ab eo per speciem orate amicitia questus liberi, delatique ad Tiberium. Nec mora: Damnatus in Tiberim trahitur, cane domini sui cadaver in aquas prosequente, ac ne mergeretur, frustra annitente.

Rubellio & Fusio Geminis Coff. *Livia*, quæ & Julia Augusta, mater Tiberii, mortem obiit, cui nec agræ adesse, nec toto triennio quo abfuit, nisi paucissimarum dare horarum colloquium, defunctæ nec exequias curare sustinuit. Ea sublata, velut frenis exsoluti, proruperunt Tiberius Sejanusque. Missis ad senatum literis insimulata, quasi ad exercitus confugere vellet, Agrippina relegatur, convitiantique oculus per centurionem verberibus excutitur. Sic inedia absumitur postmodum. Filii ejus Nero & Drusus varia fraude, concitati ad convitia, hostes judicantur. Nero in insula Pontia, Drusus in imâ parte Palatii, necantur fame.

Interea dum ad omne adeo nefas se effundit terrarum princeps Tiberius, apud Judæos procedit in medium *Johannes Baptistæ, Zacharia sacerdotæ genitus, vir divini spiritus sancti.*

Tacit. V. annal.

Sueton. Tiber. cap. 53. 54.

Matth. 3. A. M. 3999. Circa annum tumnum Marc. c. 2.

Luc. cap. 3.
Job. cap. 1.

sanctitate & zelo incomparabili. Hic in desertis Judææ adesse exclamat. Dei filium, à cæca efferataque hominum gente, ni maturè respiciant, pœnas exacturum Docet ingenti totius Judææ concursu, & gratiam filii Dei pœnitentia & fide ambientes aqua perfundit, testatus hoc fieri in remissionem peccatorum, quum totius mundi noxam Christus tanquam DEI AGNUS bajulet auferatq;. Incredibile dictu, quantam vir divinus auctoritatem sibi subito comparaverit, adeo ut non desissent, qui eum sanctorum omnium caput esse crederent, in quo salus incumberet totius orbis. Sed Johannes tantum ab omni fastu abfuit, ut indignum se proclamaret vel vilissimo, Christi Domini ministerio, cumque ad Jordanem accederet Christus, baptizari ab eo cupierit. Ibi edoctus complendæ justitiæ baptismum à Christo peti, qui undas suo corpore in salutaris lavacri sacramentum dedicaret, perfudit eum aqua Jordanis, auditque Deum clara voce testantem, hunc esse suum FILIUM, in quo sibi totus placeat: viditque Spiritum Sanctum specie columbæ cælitus delatentem, & requiescentem in Christo. Ab eo tempore JESUS CHRISTUS verbis operibusque divinis, quis esset declarare capit, & in annuusque quartum ea fecit & dixit, quæ non tantum tenuis hæc pagina, sed nec totius orbis volumina dignè satis explicaverint. Infensissimum generis humani hostem Diabolum, post quadraginta dierum jejunia, famem exprobrantem, modestia debilit, nec è lapidibus panes condidit, nec honores divitiasque ab insolentissimo spiritu oblatas admisit; quo repulso, Angelorum mox ministeria succedere. Itaque plenus sancto Spiritu in Galileam proficiscitur, Simonem, Petrum & Andream, Jacobum Jo-

hanemque, Zebedæi filios Philip-pum & alios discipulos sibi legit: cum quibus Canan invitatus ad nuptias, aquas in vinum vertit, lætitiæ toti conjugalis primo miraculo dignatus. Inde Paschalibus feriis templum Jerosolymitanum à profanis mundi nationibus purgat: & Nicodemum Pharisaorum principi institutionem, sed præ pudore nocturnam, ambientem ait: Frustra esse omnes hominibus in beatitudine acquirenda, nisi baptizatus illuminatusq;, Sp. sancto, per filium Dei veniam peccatorum impetret, eaq; fide salutem in ipso æternam requirat.

Ita crescente in Judæa discipulorum Christi numero, Johannes Baptizans, amicus ejus & pararius, ab Herode Antipa in carcerem truditur, quod incestus ejus cum Philippi fratris conjuge nuptias improbare. Ejus comperta captivitate, Christus in Galileam redit, ac detestatus civium suorum ingratitude, apud Capernaïtas figit sedem, ubi aulici cujusdam filium, Petri socrum, plurimosque ægros verbo sanat. Quos ob res detinentibus eum Capernaïtis respondit, communis se salutis, non unius oppidi causa venisse: circuitisque civitatibus passim docuit, adesse regnum cælestè, valedicendum vitiis, renunciandum amoris tenebrarum, redeundum in gratiam cum Deo, credendum promissis divinis de vita, per Filium ejus donanda unigenitum, quærendos in cælis thesauros perennes, mundum hunc ejusque vanitates contemnendum. Hæc ut voce prædicavit, sic probavit operibus: leprosis, paralyticis, claudis, cæcis, hydropicis, omnique alia ægritudine laborantibus, peccatorum veniam dedit, corporeos cruciatus dempsit, ipse nihil inde captavit præmii, imo subduxit se auræ populari, ipsaque beneficia in occulto habenda præcepit.

Joban. 1.
Joban. 7.
A. M. 4008.

Luc. c. 3. 19.
20.

Luc. 4.
Matth. 4.
Joban. 4.

Anno eod.

A. M. 4000.
Jubil.
Mundi 80.
Mosis 30.
Olymp. 202.
V. C. 781.
Annus 487
hebdom.
Dan.
Job. c. 21. 2.
Matth. 4.
Marc. 1.
Luc. 4.

Sic alteras invisit *ferias Paschales*, decumbentemque ad 38. annos ægrum uno affatu, restituit, adversus Phariseos sabbati violationem obstantes, sabbatum saluti hominum, haud exitio institutum evicit. Hinc duodecim è discipulis legatos (Græco nomine Apostoli sunt) seligit, quibus potestatem in quavis dæmonia & ægritudines largitus, eo rem deduxit, ut Centurio Romanus, qui Capernaumo præerat, valetudinem omnium Dictatorem eum profiteretur, sequereturque fidem virtus. Quum enim servum Centurionis dira torqueret paralysis, iustus abire morbus, abiit, bona valetudo vocata advolavit. Quin & hoc quasi pro levi fuit. Jam enim & mortuis vitam verbo reddebat. Naimano Juveni, spectante tota civitate, à qua tumulandus exportabatur, spiritum amissum ingenti cum omnium stupore redonavit. Similiter Dæmonia undique pellit, ventorum fremitus increpat, filiam Jairi virginem in vitam revocat, universam Judæam & Palestinam grata virtutum suarum, famâ illustrat.

Dum hæc fiunt, & duodecim Apostoli divinum jam regnum prædicant oppidatum, occidit *Baptistam Herodem eodè rodes*, rogatu saltatriculæ, quam im-pura Herodias ex se genitam in hanc petitionem subornaverat, ne sanctissimi viri reverentiâ incestas rescinderet nuptias. Sed exterritus Christi operibus Herodes, metuit ut forte redivivus Johannes in ipso circumiret. Tantum malo animo ab intrepido monitore timoris erat, ut etiam mortuum reformidaret: & communi hominum sermone infelix expeditio contra Aetram Arabum regem suscepta, quâ omnis Herodis exercitus concidit; innocentis viri neci imputabatur.

At Christus propinquo Paschate in

deserta se recepit, ut nimios hominum concursus parumper evitaret. Quorum nihilominus tanta confluit multitudo, ut commeatus omnis deficeret. Ubi vel maximè divina Iesu virtus eluxit. Nam 5. *virorum millia*, demptis mulieribus & parvulis, quinque panibus kordeaceis duobusque pisciculis *exaturabit*, fragmentorumque 12. suffulit cophinos. Quo viso, parum abfuit, quin invitum regnare cogerent Judæi. Sed ille se subduxit cupiditatibus populi, & aliquanto post tempore, iterum *quatuor virorum millia*, pari miraculo septem panibus *cibabit*, majori in dies curatorum fama, sic ut sanatis indiceret occultationem beneficii, atque Apostolis magnas jam spes agitantibus, persecutiones narraret & supplicia, quæ tum se, tum sectatores suos maneret in hocce pravissimo seculo. Interim ut gustum præberet melioris ævi, sublatis in montem tribus eorum præcipuis, transformavit sese, & nube circumdatus, splendente mirè cultu, cum Mose & Elia, Prophetarum Coryphæis, beata jam vita fruentibus, sermonem miscuit, tantamque Apostolis ingessit dulcedinem superiorum mansionum, ut ipsi ultro perpetuam in isto monte habitationem deposcerent. Sed nondum erat tempus istius gloriæ, ideoque deductos de monte subinde admonebat, ne semet inani felicitatis mundanæ umbrâ fallerent, nec primatum impetivæ in alios captarent. Esse enim longè aliam cælestis regni faciem, quam qua principes hujus mundi gaudeant. Hic enim serviri imperantibus, & rerum potentes benefactores appellari: At in Christi regno tanto quemque majorem censerit, quo ministrat pluribus.

Sic finiente jam anno tertio, dum ad Scenopogia Jerosolymam vadit, alios designat divinx præcones gratiæ.

A. M. 4002.

Job. 5.

Matth. 8.

Luc. 7. 8.

Matth. 8. 9.

Marc. 5.

Matth. 10.

Luc. 9.

Anno eodè rodes, rogatu saltatriculæ, quam im-

Matth. 14. pura Herodias ex se genitam in hanc

Marc. 9. petitionem subornaverat, ne sanctis-

simi viri reverentiâ incestas rescin-

deret nuptias. Sed exterritus Christi

operibus Herodes, metuit ut forte

redivivus Johannes in ipso circumi-

ret. Tantum malo animo ab intre-

pido monitore timoris erat, ut etiam

mortuum reformidaret: & commu-

ni hominum sermone infelix expeditio

Antiq. c. 7. contra Aetram Arabum regem

suscepta, quâ omnis Herodis exerci-

tus concidit; innocentis viri neci im-

putabatur.

Matth. 15.

Mar. 8.

Matth. 16.

Matth. 17.

Luc. 9.

Marc. 9.

Matth. 19.

Marc. 9. 35.

Luc. 9. 47.

Ec.

Job. 7.

Luc. 9. 16.

gratiæ, dæmoniorumque & ægritudinum depulsores, qui perambulatis regionibus ingenti cum gaudio revertuntur, experti quorumvis spirituum immundorum subjectionem. *Joh. 7. 8. 9.* Christus interea variis miraculis & discepcionibus, Jerosolymæ præsertim, lucem se mundi approbat, nec improbißimis Judæorum moribus parcit. Quibus de causis jam multis vitæ periculis defunctus, nihilo abjectius se gerebat; quin ipsorum primatum, ambitionem, avaritiam, excitem, acerrimè castigabat. Horum invidiam dudum ardentem, auxit *Lazari*, quatridduum jam sepulti, *resuscitatio*, quod eo miraculo, uti fas erat, moti complures, *JESUM* Jerosolymam ingredientem festis olearum palmarumque ramis prosequerentur, regem Israëlitarum consalutantes. Accedebat mundinatorum è templo proffigatio, populique studium ingens, à quo *JESUS* ut summus Propheta colebatur. *Matth. 19.* Igitur nihil opatius accidere Pontifici *Cajaphæ*, soceroque ejus *Annæ*, & reliquæ malè dominantium turbæ potuit, quam *Judæ Ischariote* perfidia, qui tot experimentis cognitum *DEI* filium, suumque magistrum, prodere furiosis hostibus non abhorruit, illectus lucri cupidine, & dudum odio æstuanus in præceptorem, à quo malos mores, occultasque suas fraudes non obscure notatas sapiusque reprehensas indignabatur. *Joh. 6. 11. 12.* Quare compositis insidiis, ne res populo enotesceret, nocturnis precibus vacantem *JESUM* per milites comprehendunt, non invitum aut reluctantem, sed ultro occurrentem cohorti, cum unico verbo prostratam humi jussisset, se capto, missos facere discipulos. Ita rapatus per urbem ad Pontificum palatia, postredie ab ipsis & plerisque senatoribus, coram *Pontio Pilato* præside, seditionis ac-

cusatus est. Sed *Pilatus* non ignarus odii, quo actores ducebantur, discussa causa, innocentem pronunciat; ad extremum victus precibus, veritusque etiam calumnias apud *Tiberium*, ni damnaret eum, qui Rex esset appellatus, crucis eum supplicio adjudicavit. Verum ipse *JESUS* quis esset, quoque consilio tantam tristem subiret mortem, mox patefecit. Nam cum in cruce penderet, sol præter omnes naturæ leges defecit, terra tremuit, rupes dissiilierunt, velum templi scissum, sepulchra mortuorum sponte aperta sunt. Ipse ingenti cum clamore spiritum posuit, & precatus in cruce pro hostibus, & latroni peccata sua lamentanti, confortium cælestis regni pollicitus. Itaque tertio die è sepulchro quod conditus erat, appositis ob metum custodibus, surrexit vivus, cumque eo multi defunctorum è morte suscitati, multis apparuerunt. Sic *XL* dies versatus cum discipulis, aspectantibus illis, de monte *Oliveri* in calum clarâ subvectus nube ascendit, adstantibus viris humanâ specie majoribus, suoque eum tempore de cælo rediturum affirmantibus. Decima post ascensum die (*Judæi Pentecostem* vocant) vehementi cum sonitu & fragore descendit in ædes, quas sectatores Christi tunc religionis causa incolebant, Spiritus, linguasq; subito igneas afflavit viris amplius C. deditque eis uno momento omnium linguarum peritiam, maximamque cælestia prædicandi secreta fiduciam. Hi cum *Jesum* statim *DEI* filium mundique servatorem intrepidè profiterentur, eaque dicerent ac facerent, quæ nemo nisi Deo plenus potest, tantum obtinuerunt paucis diebus consensum multitudinis, ut prima oratione tria millia, mox alia 5. millia sacris eorum accederent, jamque Pontifices & Senatores Jerosoly-

Joh. 18. 19.
Luc. 23.
Marc. 14. 35
Matth. 26.
27.
Orosius l. 7.
cap 4.

Joseph. l. 18
Ant. cap. 4.
Matth. 5. 28
Marc. 16.
Luc. 24.
Joh. 20. 21.
Act. 1.
Luc. 24.
Act. 3.
Fuit Primæ
Pentecoste
N. Test.

Act. 3. 46.

A.M. 4005

Act. 9. 6. 7.

Act. 9. 8. 9.

Daniel. c. 9.

Dio. l. 57.

Tac. lib. 5.

annal.

Suet. in

Tiberio

Joseph. l. 8.

cap. 8.

mitari frustra impedire divinos dogmatum successus niterentur. Carceribus enim clausos Apostolos Angelus emittebat, virgis caesis animus accrescebat. *Lapidato Stephano & plerisque dispersis, per omnem viciniam verbum spargebatur. Et quod magis stupeas, persecutorum unus Saulus Tarsensis, prope Damascum de caelo ictus, JESUM ipse se vidisse professus est, & quæ antea exhorruerat dogmata, summâ animi contentione verissima divinaque esse propugnavit. Sic uno septennio plurimis firmatum est pactum DEI, ante tot secula Abrahamo, Davidi aliisque Judæorum progenitoribus promissum, donec jussi sunt Apostoli promiscue omnibus populis eadem secreta enunciare: quod tenuiter inchoatum per Philippum Evangelistam, deinde per Petrum & Johannem apud Samaritanos & Philistinios, tandem elapso hoc septennio, per Petrum, Paulumque imprimis & Barnabam, potenter apud omnes populos gentesque factus est, Atque ita Daniel Prophetæ sexcentis ante annos prædixerat. Ejus enim vaticinio ccccxc. anni designantur, quorum extremis septem, ait, Christum multis Dei fœdus firmaturum, mediæque annorû hebdomadæ, id est quarto sacri septennii anno finem imposturum jugi sacrificio, deleturum peccata æternamque justiciam reducturum. Ad quam metam quum stylus jam noster pervenerit, finem hic septimo libro ponemus, cum primum illud monuerimus, tam fœdum Sejani, Tiberiique Caesaris exitum fuisse, quam vita fuerit. Sacrificabatur enim jam utrisque, per genium eorum vota concipiebantur, nec minor *Sejanus* ipso Cesare credebatur, eratque cliens ipsi Patrono metuendus. Ergo priusquam majora aggrediretur, veterator veteratoriâ arte subversus est. Ro-*

dem die & maximæ cum spei implevit Tiberius, misso Romam Macrone, quem nuper prætorio præfecerat, & occultis ad consulem Memmium & senatum literis in carcerem duci præcepit. Ita subito velut fulmine afflatus, cum universa domo, omni-que amicorum numero perit: Filia quoque ejus, ut lege occidi posset, stuprata prius à carnifice, deinde suffocata est. Nec melior postea aut moderatior Tiberius exiit, sed tristiora solus, quam antea cum Sejano, supplicia exercebat, ut versus jactarentur:

*Fastidit vinum, quia jam sitit iste
cruorem.*

*Tam bibit hunc avidè, quam bibit
ante mortem.*

Longumque sit & acerbum sigillatim ejus crudeliter facta exsequi Gallo Asinio poenâ maturitatem precanti respondit, *nondum tecum ingratiâ rediit*, adeo ut mors jam leve supplicium putaretur. Quod nisi eum & mors prævenisset, & Thrasyllus Artologus consulto, ut ajunt, differre quædam, spe longioris vitæ compulisset, plures aliquanto necaturus, ac ne reliquis quidem nepotibus parfurus creditur, cum & Cajum suspectum haberet, & Tiberium ut ex adulterio; conceptum aspernaretur, Nec abhorret a vero. Namque identidem felicem Priamum vocabat, quod superstes omnium suorum vixisset. Postremo semetipse pertæsus, *Quid scribam vobis*, inquit, *Patres conscripti, dii me deæque perdat, quam quotiâ perire sentio, scio.* Itaque tonitrua præter modum exarscebat; & turbatiore caelo nunquam non coronam lauream capite gestavit, quod fulmine afflari negaretur id genus frondis. Sic obiit octavo & septuagesimo ætatis anno, tertio & vicesimo imperii; Christi xxxvii. Sunt qui putent venenum ei à Cajo

A.M. 4000

Sueton.
Tiber. c. 60
Tac. lib. 6.
annal.A.M. 4005
V.C. 789.
A. morte
Julii Caesaris
80.

Tac. 6. An-
na. c. 46.
30. 6r.

à Cajo (qui successit) datum, lentum & tabificum. Alii cibum desideranti negatum, nonnulli pulvinum injectum, non sine Macronis opera, datum jam Cajo dediti, adeo ut Tiberius id odoratus aliquando diceret. Bene tu, qui sole occidente relicto, ad orientem respicis. Audita ejus morte, pars Tiberium in Tiberim clamitavit; pars orarunt Deos Manes, ne

mortuo sedem ullam nisi inter impios darent. Corpus à Miseno Romanam deportatum est per milites, crematumque publico funere.

Tunc Valer. Maximus, Vellejus *Valer. M. in Proleg. Plin. l. 35. cap. 11. Vellejus sub finem l. 8.* Patérculus L. Fenestella historia rum scriptores: Pomponius Mela Geographus, L. Junius Columella rei rusticæ commentator, aliaque non contemnenda ingenia floruerunt.

LIBER VIII.

Continens Ecclesie parturientis seculum, quo Satanæ in gentibus adversus Christum tumultuatus est, usque ad Constantinum Magnum, annos CCLXXIX.

Gal. 2.
Actor. 9.
2. Cor. 11.

Postquam ergo septem istis annis, quibus Dominus noster per se Apostolosque suos Judæis pactum stabilivit, tota Palæstina illustrata esset Evangelio celesti: Saulus, qui & Paulus, recens designatus Apostolus, ex Arabia Damascus revertitur, confutatusque per Synagogas Judæis, demonstrat, Jesum NAZARENUM esse Christum, à Mose & Prophetis promissum. Illi virum conspicatū verbis insuperabilem, apud Ethnarcham regis Aretæ perficiunt, ut ferro eum tollat; sed frustra. Paulus enim nocturnâ fugâ per murum evadit, spota demissus à discipulis, tertioque apostolatus sui anno Hierosolymam redit. Ibi à Collegis receptus, dum in templo orat, jubetur à Domino ad gentes proficisci, & mox in Ciliciam deducitur à Barnaba, ejusdem animi ac spiritus viro: cum jam Cajaphas Pontifex & Pilatus procurator Judææ, ambo hostes veritatis Christianæ, per L. Vitellium consularem, Syriæ præfectum, dignitate essent moti, quorum hic sibi ipsi mortem conscivit, ille Jonathæ sacerdotum malè gestum tradidit. Atque ex hoc tempore justus etiam Petrus gentes adire,

Actor. 22.
E 9. c.
Jesep. c. 5. 6.
lib. 18.
Eus. l. 2.
Hist. Eccl.
cap. 7.
Actor. 10.

Cornelium Centurionem Casaræ, omnesque ejus familiares Christo adjunxit: quodque stupori erat omnibus, idem spiritus, qui ante quadriennium Apostolos afflaverat, alienigenis etiam linguas igneas, similemque rerum celestium notitiam, pari miraculo aspiravit. Igitur ex hoc parturiit Christianismus inter omnes nationes, variasque inter tribulationes & pericula eo usque enixus est, ut annis trecentis ipsi Casares Romani & reges gentium Christo colla subderent, crucemque ejus sibi salutarem profiterentur.

Verum ea res generi humano salutifera incredibili Satanæ studio impediabatur, plane ad eum modum, quem Johannes, inter Apostolos Christi eximius, visione representavit, quum draconem scribit decicor nem & septicipitem mulieri, id est, *Apoc. 11. 20.* Ecclesie Christo plenæ, eumque in dominium nationum parturienti oblitere, rictuque immani devorati onem ejus meditari. Quamobrem, dum is mundi status durat, id est, dum mundi imperia Christi in gentes dominio adversantur, decurret hic liber octavus, parum bonos descripturus principes, eos præsertim, qui